

# CALLIMACHI

## HECALE.

### I.

Prooemium quoddam Callimachum suae de Hecale narrationi praeposuisse facile quivis ex usu poetarum coniciet. Id ego prooemium ex genere τῶν δικανικῶν προοιμίων, quae Aristoteles dicit, vel, quod vulgo dicitur, prologum *galeatum* fuisse iudiciis quibusdam, non illis ab omni parte certis, sed tamen iudiciis, credo. Primum quum Callimachus etiam hoc egisse Hecale scribenda videatur, ut adversarios suos, qui ipsum carmini maiori, continuo, uni, epico, scribendo imparem esse significassent, refelleret, qua de re in Prolegomenis ad Hecalen pag. 4. 5. et 6. expositum est, eam criminationem attingendi aptissima occasio erat in exordio eius carminis, quo Callimachus se criminationem illam refutaturum, praeclaro exemplo, sperabat. Deinde inter Fragmenta Hecales, ea dico quae addito carminis nomine afferuntur ab antiquis scriptoribus et grammaticis, nonnulla sunt, quibus nullum aptiorem locum quam in hoc, quem ego mente concepi, prologo, excogito. Qua in re non moror, si qui futuri sint, qui dicant fingi a me prologum, ut habeam, quo loco colloquem, quibus alium locum invenire nequierim. Iniqui illi, si quid video, neque satis edocti, quas leges et quam libertatem critici munus habeat, cui colligere membra destructi ac deperditi operis dispersa, membrorumque fragmenta, atque iterum componere, et in unum quasi corpus, pristino, quod olim fuerit, quam si-

millimum, redigere propositum sit. Quod munus quum fere totum in veri similitudine constet, neque postulari hoc neque expectari potest, ut quicquid superest fragmentorum, certis locis assignetur. Sic illa poteram inter fragmenta incerti loci ponere. Nunc prologo assigno, quum et prologum fuisse probabile sit, et illa ei prologo sint accommodatissima. Neque mirum videbitur, quod ex prologo fragmenta non pauca numero servata sint. Prooemia enim operum quum magis exposita oculis magisque nota sint, quam partes operum mediae, nihil mirum, quod ex prooemiis facilius loci quam ex mediis operibus laudentur.

Igitur ponam quae mihi videntur Prologi fragmenta esse, ponamque ordine, non eo, quo posita fuerint in carmine, quis enim hoc praestet? sed quo posita probabilem sententiarum seriem, Callimachi indole, de qua prorsus meam facio Buttmanni in Diss. de Cydippe Mythol. II, p. 122. sententiam, haud indignam praebent.

Semel moneo fragmenta Callimachi ea, quae ex *Hecale* diserte laudant àntiqui scriptores et grammatici, asterisci signo \* distincta a me apponi.

Fragm. CLXV.

μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε μέγα φορέουσιν ἀοιδὴν.

Fragm. XLII. \*

αἰδεῖ καὶ πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον.

Fragm. CCLXXXVII.

εὔνεκεν οὐχ ἔν ἄϊσμα διηγεκὲς . . . . .  
ἦνυσσι.

Fragm. LI. \*

αὐτοὶ μὲν φιλέουσ', αὐτοὶ δὲ τε περρίκασιν  
ἐσπέριον φιλέουσιν, ἀτὰρ στυγέουσιν ἔσθον.

Fragm. XLVIII. \*

οἳ νῦ καὶ Ἀπόλλωνα παναρκέος Ἡελίοιο  
χῶρι διατμήγουσι, καὶ εὐποδα Ἀηωίνην  
Ἀρτέμιδος.

— neque a me carmen petite altisonum. Alii moliantur grandia. *Canit etiam vir aquam hauriens ἱμαῖον cantilenam.* Invidos non moror, qui me calumniantur, *quod nullum continuum poema perfecerim* (vel sic, superbori conversione: Sed tamen qui mihi obiiciunt, *quod nullum continuum poema perfecerim*, mox arguentur mendacii). invidi isti, inconstantes ac fragili fide, *qui iidem et amant et oderunt: mane amant, vesperi oderunt.* ipsi non satis artis musicae periti, *qui Apollinem ab omnipotente Sole dirimant, et pernicem Proserpinam a Diana.* Non dico haec ita arcte inter se nexa fuisse, ut ego nexa dedi: potuerunt haec in prologo, fortasse satis longo, et alio modo nexa esse, et alia interiecta.

Iam singula pertractanda sunt.

Fragmentum CLXV. *μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε* etc. quod Bentleius Ovidii Remed. 381. versu: *Callimachi numeris non est dicendus Achilles*, illustrabat, Ruhnkenius autem a Propertio IV. 1, 58. ita expressum: *Hei mihi, quod nostro est parvus in ore sonus*, putabat, Valckenarius primum verbo, in Epistolis Virorum doctorum, Ruhnkenii, Valckenarii, aliorum, ad Io. Aug. Ernestium, a Tittmanno editis, p. 48. deinde disertius in Callim. Elegiar. Fragm. p. 281. et p. 285. Elegis vindicavit Callimachi. Cui accedebant Ernestius et Ruhnkenius. Mihi, qui illud in prooemio positum Hecales conicio, meo iure, *ἀοιδῆ μέγα ψοφέουσα* tum omnino os magna, sonans tum maxime maicestas, vel etiam cum reprehensione aliqua, tumor est carminis heroici, cui Callimachus suam opponit tenuitatem, quam ne in Hecale quidem, carmine, formam si spectes, epico, sed argumento atque ambitu multum ab illis magnis carminibus heroicis diverso, deseruerit. Etiam sic aptus est, quem huic fragmento Valckenarius admovet, locus Propertii II. 1, 39. Noverat haud dubie Hecalen Propertius, et tamen illud scripsit verissime, et ex ipsius Callimachi sententia: *Sed neque Phlegraeos Io-*

*vis Enceladique tumultus Intonet angusto pectore Callimachus.* Scripsi cum Valckenario ἀπ' ἐμεῦ, ex ipso Etymologi p. 279, 47. loco; et sic iam in Callimachi Fragmentis a Vulcanio collectis, p. 174. ed. Vulc. p. 354. ed. Ern. Vulgo, in Fragmentis Bentleii, ἀπ' ἐμοῦ legitur, relictum, ut multa vitiosa, a Blomfieldio. διφᾶν vocabulum, semel apud Homerum lectum, semel apud Hesiodum, Callimachus et hic habet et Epigr. XXXII. (XXXIII.) 2. διφέω Crinagoras in Brunck. Anal. XXIV. 5. Placeret etiam in Callimachi Epigr. XLII. (XLIII.) 5. (Anthol. Palat. II. p. 471.) coniectura Iacobsii, διφῆσον, nisi omnia suaderent, nomen ibi restituendum esse pueri.

Fragmentum XLII\*. consulto ita posui in illa mea Callimachi sententiarum compositione, ut ambigua esset significatione. Fuit enim aut in laudem dictum, ad declarandum late patentem amorem carminum canendique cupiditatem, hoc fere modo: ego mea mihi parva, sed suavia carmina fingo, poeta modestus: ut omnis homo canit; *ut etiam vir ἑδάτηγός suam cantilenam canit.* Aut in reprehensionem contemptumque, contra alios. Quod multo magis probabile. Certe ἱμονιοστρόφου μέλη Dionysus Aristophanis in Ranis v. 1297. (1552. Kust.) ad quem locum vetus interpres graecus fragmentum profert Callimacheum, in contemptum dicit, diserte id significantibus et interprete illo et Suida in ἱμονιοστρόφου μ. de cantico sive rudi, sive incondito, sive alio quodam modo insuavi atque insolenti auribus. Venit in mentem, an forte ea comparatione Callimachus infinitam longitudinem non variantis sonum carminis notare voluerit: nam tales esse solent eorum, qui in longo ac difficiliore labore occupati sunt, cantilena. Ut poeta illum suum *magnorum* poematum contemptum significet, de quo in hymno Apoll. extr. Atque sic haec sententia aut hic, ubi est a me inserta, aut inferius inserenda erit, inter Frāgm. LII. et XLVIII. Ad particulas καί πού τις ex Apollonio

IV. 1457. *καί ποῦ τις* adscripsi, ut monerem de diversa *καί* particulae potestate, quam vel ordo monstrat particularum. Apollonio ibi *καί* copula, Callimacho est *etiam*: es singt auch wohl etc. Ruhnkenius vehementer errat, qui ita scribit: *Legendum potius ex Moschopulo περὶ Σχεδῶν* p. 16. — *καί ποῦ τις ἀνὴρ ὕδατηγὸς ἰμυῶν αἰΐδει*. Non est mihi Moschopulus iste ad manuum, sed haud dubie quicquid habet, ab Suida habet, apud quem in v. *Ἰμυῶν ἄσμα* sic: *καί ποῦ τις ἀνὴρ ὕδατηγὸς (-όν) ἰμυῶν ἄδει* legitur; in cod. E. Gaisfordii illud ipsum, quod ex Moschopulo profert Ruhnkenius. Eandem pravam caesuram in Callim. Fragm. CCLXI. inferebat Ruhnkenius: v. infra Cap. VI. Ut taceam, quae idem alibi similia erravit, e. g. in Theocriti Adoniaz. v. 79. infelici coniectura *θεῶν γε πονάματα φασεῖς*; utque taceam longo infelicissimum Ernesti conatum in Callim. h. Del. 147. Verum hoc sine inepta gloriatione in Ruhnkenium et in aetatem illam dictum esto, cui multa licebat ignorare, quae nunc, post Hermannum, nemini ignorare impune licet. Perstringam hac opportunitate quae pauca in Callimacheis exstant huius pravae caesurae trochaicae exempla. Omitto ea quae speciem tantum pravitatis habent, qualia sunt h. Apoll. 55. h. Dian. 144. 201. h. Cer. 46. Fragm. CXX. 1. CXXXVI. CCXCI. CCCXL. Deinde omitto haec, quae tantum per aliquantum temporis librarii negligentia aut ex virorum doctorum errore malave emendatione elegantiam deformarunt Callimachi: h. Cer. 138. *ἔν' ὃς ἄροσ', ἐκεῖνος ἀμάσσοι* in Ms. Veneto apud Ruhnkenium Epist. crit. II. p. 173. Fragm. XXX. in collectione Annae F. p. 366. ed. Ern. *ὅσπερ ἐκεῖναι πρῶκις ἔραζε νεσσούσας*, quae verba, derivata ex scholiis Theocriti IV. 16. ubi male cum alio fragmento conflata leguntur, quum Casaubono, et Scaligero quoque Castig. in Append. Virgil. p. 234. fraudem fecissent, ad suum locum qui est in hymno Apollinis v. 40. 41. revocata atque inde emendata sunt a Dau.

Heinsio et Tourpio. H. Iov. 33. Νέδη δέ σ' ἔδωκε κομί-  
σαι, ex mala Brunckii emendatione, qui propter eandem  
augmenti cupiditatem, eandem caesuram in Apollonio pro-  
pagavit aliquoties, I. 542. II. 237. H. Dian. 18. πόλιν δὲ μίην  
(sic) τινὰ νεῖμον, e coniectura H. Stephani, quae nostro tem-  
pore placere Blomfieldio potuit. Igitur his omissis tria om-  
nino, si recte numeravi, restant caesurae trochaicae in quarto  
pede exempla: h. Iov. 21. h. Del. 215. Epigr. I. 15. Quorum  
illud quod est in h. Iov. etsi lenissima haec sit ac paene nulla  
emendatio, augmentum tollere, tamen iis annumerare malim,  
in quibus speciem tantum esse pravitatis dixi: illis maxime,  
h. Cer. 46. Fragm. CXXXVI. Dum ὅτ' arcte coniungimus  
pronunciando cum ἐλύσατο, id quod ipsa natura voculae  
cogit ut faciamus, obscuratur caesura. Nemo enim ita pro-  
nunciabit: 'Pέη ὅτ' | ἐλύσατο μ, sed: 'Pέη | ὅτ' ἐλύσατο μ.  
Alia res est, eaque satis memorabilis in h. Del. 215.

νύμφα Διὸς βαρύτενμε, σὺ δ' οὐκ ἄρ' ἔμελλες ἄπυστος  
δὴν ἔμεναι.

ubi ego etiam minus de emendatione ea, quae facile fieri  
tollendo augmento posset, cogitaverim. Quippe reputo hanc  
ipsa verba, οὐκ ἄρ' ἔμελλον, apud Homerum aliquoties plane  
eodem modo posita legi, ut caesuram faciant trochaicam in  
quarto pede: Iliad. V. 205. 686. XVIII. 98. Recte secusne,  
Homerum quod attinet, nunc non quaero: Callimachum cen-  
seo quum ita scriptum in suo Homeri exemplo repperisset  
agnossetque, non dubitasse hac auctoritate eandem in verbis  
iisdem caesuram facere. Et sic, quod memorabile, recen-  
tiores post Homerum et post Callimachum: ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελ-  
λεν ἐκείνη Aratus Phaen. 657. σὲ δ' οὐκ ἄρ' ἔμελλεν ὀνή-  
σειν Quintus Smyrn. XIII. 368. At in Epigrammate Calli-  
machi I. 15. sive illud re vera Callimachi sit, sive alius sed  
non mali poetae, ubi vulgo ex Anthologia, etiam Palatina,  
τὴν δ' ὀλίγην ὡς κείνος ἐς οἶκον ἐπήγετο νύμφην, vel ἀπήγετο,  
vix dubium quin praeferenda Diogenis scriptura Laertii sit:

τὴν δ' ὀλίγην ὡς κείνος ἐς οἰκίον ἤγαγε νέμφην.  
 οἰκίον, non inusitatum Callimacho, h. Del. 282. et Fragm.  
 CXCVIII. sed, significatione deminutivi propria, inprimis  
 aptum huic loco. opponitur *μειζονος οἶκος* v. 13.

Fragmentum CCLXXXVII, documento est, quantis sit  
 fragmentorum tractatio, etiam diligens et sollerter instituta,  
 vicissitudinibus obnoxia. Quamdiu haec tantum ex Ammonio  
 p. 106. nota erant verba Callimachi: *εἵνεκεν οὐχ ἐν ἄεισμα*,  
 probabili Valckenarius Callim. Eleg. Fragm p. 297. coniectura  
 coniunxisse ea verba cum Fragmento CCLXXXIX. hunc in  
 modum: *εἵνεκεν οὐχ ἐν ἄεισμα, νόθοι δ' ἠνθῆσαν αἰδαί*,  
 videri poterat, visusque est mihi in Dissertatione critica,  
 Annal. Academiae Rhenanae p. 397. Fugiebat tum me eru-  
 tum ex Apollonio *περὶ συνδέσμων* a Bastio ad Greg. Cor. p.  
 899. insigne auctarium *ἦνυσα*, quo illa coniectura penitus  
 evertitur. Verba sunt Apollonii, ubi in *Ἐνεκεν* tam similia  
 Ammonii p. 106. disputationi disserit, ut Ammonium sua si  
 non ipsi Apollonio, certe alii cum Apollonio conspiranti  
 grammatico debere pateat, in Bekkeri Anecdotis II. p. 505,  
 16. *ἐπίμεμπτοι οὖν οἱ τὰς συντάξεις παρασυγχέοντες, ὧν ἐστὶ  
 Καλλίμαχος· οὐδ' ἐνεκ' Εὐρυνόμη Τιτηνιάς, εἵνεκεν οὐχ  
 ἐν ἄεισμα. φέρεται γὰρ ὁ σύνδεσμος ἐπὶ τὸ ἦνυσα, καὶ  
 δέον τῷ οὐνεκα καταχρήσασθαι.* Quo animadverso statim ad  
 Hecalen hoc fragmentum, *εἵνεκεν οὐχ ἐν ἄεισμα . . . .  
 ἦνυσα*, retuleram, suppleveramque ad sententiam, quod su-  
 pra in paraphrasi illa mea positum est, *continuum*, quum id  
 ipsum, quod ego supplendum conieceram, codicem praebere  
 Apollonii intellexi. Ita enim, quem sero inspexi, Bekkerus  
 in Annot. critica, Anecd. III. p. 1117. scribit: *Post ἄεισμα  
 addit διηνεκὲς margo codicis.* Itaque hoc fragmentum cer-  
 tissimis indiciiis et intelligendum de Hecale esse, et ponen-  
 dum in exordio Hecales statuimus. *διηνεκὲς* vocabulum aliud,  
 puto, eadem fere significatione, verbum excipiebat, vel duo  
 verba; *ἦνυσα* versum exordiebatur alterum. *ἦνεκὲς* idem

Callimachus Fr. CXXXVIII. de cantu perpetuo: καὶ τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον ἤνεκός ἀείδω δευδεγμένος. rursus διηγεκός Fr. CLVIII. ἄεισμα non valde frequentatam, si recte memini, formam vocabuli, Callimachus et hic et Epigr. XXVIII. (XXIX.) habet, et Gregorius Theol. Epigr. 113. A. Pal. I. p. 569. οὐχ ἔν non eo modo dictum, qui post Homeridam h. Merc. 284. et Tragicis, ut Aeschylō Sept. 103. Euripide Suppl. 94. praeceuntibus, Callimacho placuit h. Iov. 89. h. Dian. 33. et Nicaeneto IV. 3. Anal. Br. I. p. 417. et Nonno XXII. 579. XXVIII. 184. 185. XL. 54. ut significetur quod unitati oppositum, multi, vel plures; quem in modum olim Dioscoridis locum Epigr. XXIX. Anal. Br. I. p. 501. ita conformabam haud inepte: πρὸς δ' ἀδδὴν ἐλκόμενος μεγάλην εὐάδεν ἡρώων τύπος οὐχ ἐνί, καινοτομηθεὶς τῇ φιλοκινδύνη φροντίδι Σωσιθέου: sed *nullum* est simpliciter, ut apud Apollonium Rhod. IV. 498. vel potius, quod aliquanto fortius, *non ullum*, ut *nicht ein* aliquanto gravius est quam *kein*. Cf. Bast. et Schaefer. ad Greg. C. p. 56. not. Proinde illud, νόθοι δ' ἤρθησαν αἰοδαί, ad alium nescio quem locum relegandum, ubi Callimachus, teste Schol. Aristoph. Nub. 332. qui hoc fragmentum servavit, atque Suida v. Κυκλίων, dithyrambos notabat. νόθοι autem an νόθαι scribendum sit, fortasse decernet diligens Callimachi lector, Nonnus, qui dum fatigat multo usu hoc vocabulum significatione non propria, feminini forma ubique hac, νόθη, utitur; rarius plurali, sed tamen aliquoties, IV. 167. XLVI. 208. Contra apud Coluthum 302. (295.) νόθοι-γυναικες. Tum quod alterum fragmentum Callimachi Apollonius l. l. περὶ συνδέσμων, profert, Bastio ad Greg. C. p. 899. sic legendum videbatur: οἱ δ', ἔνεκ' Εὐρυνόμη Τιτηνιάς, illi vero, quoniam Eurynome Titania. Scilicet οἱδ' invenerat, vel invenire sibi visus erat in codice Bastius, non οὐδ'. Alius οἱδ' hariolabitur.

Ad disputationem quae praecedit Apollonii, p. 504. de οὐνεκα coniunctione, infra accedemus Cap. III. in Fragm. LIII.

Caeterum hic in mentem revocanda est similis disputatio Callimachi h. in Apoll. 106. οὐκ ἄγαμαι τὸν αἰοδόν, ὃς οὐδ' ὄσα πόντος αἰεῖδει: quem versum Φθόρος s. Μιῶμος in aurem Apollini dicit; Apollo Φθόρον pede repellit atque increpat: magno flumine multas etiam sordes volvi, neque Cereri ab omni aqua sacra fieri, sed ab ea, quae pura atque intemerata profluat *πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλέγγη λιβάς, ἄκρον ἄωτον*. Ubi Apollonium a Callimacho tangi Rhodium mature coniecerunt viri docti, quos Weichertus de vita et carm. Apollonii Rhod. p. 79. recenset, Is. Vossius, Salvagnius, Spanheimius, E. Gerhardus, quibus fortasse Valckenarius Callim. Eleg. Fr. p. 282. addendus est; disertissime autem Spanheimius et Weichertus l. 1. p. 38. 81. vetus ad eum locum scholion in hanc sententiam interpretantur: Apollonium esse, qui hanc Callimacho criminationem obiecerit, quod nullum facere *magnum* poema posset. Scholion est ad Callimachi v. 106. (Callim. Fragm. LXV.) quod iam vidimus in Prolegomenis: *ἔγκαλεῖ διὰ τούτων* (Callimachus) *τοὺς σκώπτοντας αὐτὸν μὴ δύνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα, ὅθεν ἠναγκάσθη ποιῆσαι τὴν Ἑκάλην*. Sane ut de Apollonio cogites, praeter alia inimicitiae, quae fuit inter Callimachum et Apollonium, indicia ac testimonia, hoc maxime facit minime contemnendum argumentum, quod Apollonius *magnum* ipse poema scripsit. Callimacho hoc obiicere, quod nihil posset magni, id eum inprimis decebat, qui ipse *magnum* poema fecisset. Verumtamen hic rationes expendendae sunt temporis, in quibus esse, quod coniecturae per se satis commendabili obstat, video. Si enim sunt in carmine Apollonii loci expressi ex Hecale Callimachi, vel in quibus obversatam esse Apollonio Hecalen Callimachi iure dixeris, cuiusmodi esse locos infra Cap. II. et III. ad Fragm. Hec. XLVI. et XLIV. dicitur, ut nunc Fragmentum mea coniectura ad Hecalen referendum CXXII. taceam: fieri vix potest, ut Apollonius putetur is esse, cuius criminatione irritatus atque excitatus Callimachus

primum ad Hecalen scribendam se accinxerit. Nisi ita statuas, Apollonium, quum primum moliretur magnum carmen suum, criminationem illam in Callimachum iactasse, tum progredientem in opere ex Hecale nonnulla, quam interea provocatus criminatione Callimachus edidisset, sive nolentem sive volentem suos in usus convertisse. Cui coniecturae aliquam veri inesse speciem minime nego. Multum haud dubie temporis inter conceptum Argonauticorum opus et perfectum atque editum interfuit; multumque est ab Apollonio cum familiaribus suis, ab his cum aliis, de eo opere, antequam perficeretur atque ederetur, disputatum. Mihi primum, ut iam in Prolegomenis p. 4. seqq. significatum est, scholion illud, quod saepe accidit Grammaticis, etiam doctioribus hoc Callimachi interprete, quem non esse antiqua eruditione nutritum cum Valckenario Diatr. Eurip. p. 283. A. sentimus, aliquid videtur veri, sed non omne verum dicere. Docuimus ibi Hecalen non *μέγα ποίημα* fuisse. Unde sequitur non scriptam esse eo consilio Hecalen, ut se magnum poema facere posse poeta ostenderet. Hoc voluit Hecale scribenda probare Callimachus contra obtrectatores suos, et vero probavit, non impari se carmini *continuo*, *διηρηκεῖ*, *epici generis*, scribendo esse. Deinde qui impari obtrectatores dixerint, ignoratur. Habuit haud dubie Callimachus in illo *Μουσέων ταλάρῳ* obtrectatores praeter Apollonium alios, habuit ante Apollonium. At in hymno Apollinis, quem hymnum Ptolemaeo Evergete regnante scriptum esse diserte docenti interprete graeco ad versum 26. credimus, Apollonium notari, id ego statuo ut qui confidentissime. Addo, e coniectura, sed ea admodum speciosa, quod ibi scriptum est, *ὀλίγη λιβάς, ἄκρον ἄωτον*, eo ipsam significari Hecalen. Certe sic elegantissime Callimachus Hecalen, parvum epos, opponit magno carmini epico, quo gloriabatur Apollonius. Itaque ut primariorum nonnullorum Callimachi operum tempora, quantum quidem fieri liceat coniiciendo, constituam,

Hecale medium quendam locum obtinet. Fuit enim maturi ingenii opus politissimum. Ab viro scriptam, non ab iuvene fuisse, posterioribus magis operibus Callimachi quam prioribus annumerandam, ex illa ipsa criminatione colligo, quae occasionem scribendi dedit: imparem maiori carmini continuo scribendo esse, id ei tantum poetae recte et cum probabilitate obiicitur, qui iam multa carmina, sed parva omnia, scripserit. Igitur multa ante Hecalen scripserat Callimachus, scripserat haud dubie, ut unum commemorem, celeberrimum nominis Callimachei monumentum, Aetia, satis magnum, si ambitum spectes, opus, sed non unum atque continuum poema. Denique post Hecalen alia, hymnus in Apollinem, et fortasse alii hymni. In Hymnis equidem non simplicitatem, sed mediocritatem quandam stili agnoscere mihi videor, hoc est, verba grandia, rara, audacter dicta non tam cumulata, quam fuisse in aliis operibus cumulata credibile est. Quo factum est, ut aliquanto, nisi fallor, rarius Hymni Callimachi ab antiquis grammaticis laudentur, quam alia poemata. Dico, ab antiquis: non moror enim Draconem, qui ubique Hymnis utitur. Est ubi incertus haereas, utrum qui laudat *Callimachum* grammaticus, ex Hymnis locum, an alium ex opere deperdito respiciat. Veluti quae nunc Callimachi Fragmentum CCCCIV. efficiunt, verba interpretis graeci in Apollon. Rhod. II. 4. *Μελίαν δὲ φησιν αὐτὴν διὰ τὸ τινὰς τῶν νυμφῶν Μελίας καλεῖσθαι ἀπὸ Μελίας τῆς Ὠκεανοῦ, ὡς φησι Καλλιμάχος*: ea Spanhemius referebat ad hymnum in Iovem v. 47. Poterat eadem ad hymnum in Del. v. 80. ubi cf. schol. Fragmentum CCCLXXV. ex iisdem scholiis Apollonii ad lib. I. 117. petitum: *ἐκεραυνώθη δὲ (Asopus) ὑπὸ Διὸς διώκων αὐτόν, διὰ τὸ ἠρπακέναι τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Αἴγιναν, ὡς καὶ Καλλιμάχος φησὶν*: ego aliquando eximendum ex numero Fragmentorum, versumque obversari hymni in Del. 78. interpreti Apollonii opinabar; de occasione vulneris quod addit, *διώ-*

κων αὐτὸν διὰ τὸ ἤρπ. τ. θ. αὐ. Αἴγιναν, aliunde didicisse poterat. Hygini Poet. Astron. II. 33. et ex Hygino Scholiastae Germanici ad v. 340. testimonio recte Bentleius nullum inter Fragmenta Callimachi locum dedit: pertinet enim ad h. in Dian. 2. ut animadvertit Munckerus. At eadem ratione quaeras, quo iure eiusdem Hygini II. 18. et 54. de Callimacho testimonia inter Fragmenta ferantur Callimachi, CCCLXXXVI. et CCCLXXXVII. Quid enim, si utrumque ad hymnum in Dianam, illud prius ad v. 266. 7. alterum ad versum 265. spectet? Restat ut explicem, cur in h. Apoll. 106. pro eo, quod certatim Dawesius, Ernestius, Brunckius, Blomfieldius scribi iusserunt, οὐχ, ego revocare vulgatum οὐδ' ausus sim. οὐδ' ita defendas, ut cum acumine et superlatione dictum sit: ne tantum quidem quantum mare, der nicht einmal so viel als ein meer singt, vel, der nicht wenigstens so viel als ein meer singt. Simile apud Apollonium III. 952. est, sed ubi οὐδ' usitate dicitur: ἀκλειῆς ὄδε μάντις, ὅς οὐδ' ὄσα παῖδες ἴσασιν οἴδε etc. οὐχ in versu Callimachi, praeter eos quos dixi, exhibet, sed ex memoria haud dubie, laudatus Santenio in sua Hymni in Apollinem editione Scaliger ad Catull. p. 112. et 122.

In Fragmento LII\*. mira cernitur inter eos, qui illud afferunt, discrepantia, dum Olympiodorus in Meteora Aristotelis p. 12. qui utrumque versum protulit: αὐτοὶ μὲν φιλέουσ', αὐτοὶ δὲ τε πεφρίκασιν, ἐσπέριον φιλέουσιν, ἀποστυγέουσιν ἑῷον, et qui posteriorem, Eustathius in Iliad. XXII. 317. 8. p. 1271, 54. Rom. vel p. 1573, 27. Bas. de stella Veneris, Lucifero codemque Hespero, verba accipere Callimachi videntur, at Tzetzes Chiliad. VIII. 837. itemque in Epistola, quam frustra quaero inter notas mihi Tzetzae epistolas, sed laudatur Bentleio, in eum dictum hoc, ἐσπέριον φιλέουσιν, ἀπάρ στυγέουσιν ἑῷον, docet, qui fidem non servet in amicitia, sed vacillet ac mutet. Eam discrepantiam ita dirimit Bentleius, ut *errare bonum virum Tzetzen,*

et cum eo Hadrianum Iunium, qui illud in Adagiis p. 352. Tzetzae insistens vestigiis, in hereditas videri convenire monuerat, dicat: loqui enim Callimachum de novis maritis, qui *Hesperum festinare cupiunt, Auroram vero tarde venire*. Praeiverat hoc Bentleio Scaliger ad Catulli Carmen nupt. LXII. (LXIII.) cuius carminis pars magna in hac observatione ludit, Hesperum gratum sponso esse, ingratum nuptis. Ibi igitur Scaliger p. 65. et Callimacho usus erat, et Ciri v. 350. *Quem pavidae alternis fugitant optantque puellae, Hesperium vitant, optant ardescere solem*. ubi, quod obiter dictum esto, non puto emendatione opus esse, quam et Bentleius h. l. et ad Cirin Heinsius, itemque, Friesemanno teste, Schraderus, fecerunt: *optant ardescere Eoum*. Idem Scaliger cum Callimacho facere Senecam observaverat, Medea v. 71. sqq. Denique Ruhnkenius versus qui nunc sunt apud Weichertum Poetar. Lat. Reliq. p. 188. Cinnae, admovet: *Te matutinus flentem conspexit Eous, Et flentem* etc. Recte illi hoc quidem. Mihi tamen Callimachum quod attinet, media quaedam via probatur, quo suum Olympiodoro Eustathioque, qui ex Callimacho eundem esse Luciferum et Hesperum docent, et suum tribuatur Tzetzae, qui eodem Callimachi loco nonnullorum in amicitia inconstantiam notari scribit. Digna acumine Callimachi sententia est: quod in stellis accidat, ut eandem iidem, scil. sponsi, et ament et perhorrescant, ament vespertinam, matutinam odio habeant, idem cerni in hominibus, ut eundem iidem ament et perhorrescant, vespertinum ament, oderint matutinum. Atque ita conformata sententia fuisse, satis aperte, ut mihi quidem videtur, verba loquuntur quae proxime praecedunt ante versus Callimachi, Olympiodori. Quibus verbis sententia continetur Callimachi, sed soluta oratione poetica, in breve contracta, eo grammaticorum more, de quo Cap. VII. ad Fragm. CXLIV. monui. *ὅτι γὰρ ὁ αὐτός ἐστι καὶ ἑφῶς καὶ ἐσπέριος, δηλοῖ καὶ Καλλίμαχος λέγων ἐν Αἰκάλλῃ, ἦν ἵκα μὲν γὰρ*

φαίνεται τοῖς ἀνθρώποις ταῦτά, αὐτοὶ μὲν φιλέουσ' etc. Id ita videntur accepisse viri illi docti: *quum stella, quae eadem Lucifer et Hesperus est, apparet hominibus.* Verum si hoc volebat, quorsum ταῦτά? Dicendum fuerat ὁ αὐτός. Immo hic fuit expressus a Callimacho, indicatus ab Olympiodoro, sensus verborum ac series: Experior in me, inquit, quod observatur in ἀστέρῳ Ἀφροδίτης, id etiam aliis in rebus cerni: quum enim eadem apparent atque accidunt hominibus, illi iidem et amant et perhorrescunt: matutinum amant, etc. Itaque, quae mea sententia est, ambiguitas quaedam inerat in ἐσπέριον et ἑῶν, quae semel proprie ad ἀστέρα, sed etiam, non proprie, ad res quae mane accidunt, itemque vesperi, et ad homines, qui mane et vesperi obviam sunt, referuntur: eo modo, quo Callimachus, ut alios taceam, in hymno Iovis: ἐσπέριος κείνος γε νοεῖ τὰ κεν ἦρι νοήσῃ· ἐσπέριος τὰ μέγιστα. Senserat aliquid horum Ernestius, sed ille nescio quomodo eodem tempore aliquid contrariae sententiae tribuens Valckenarii. Quippe Valckenarius, cuius nunc ipsa verba in Epistolis a Tittmanno editis p. 51. prostant, sic versu locupletari posse, ex Olympiodoro, fragmentum Callimachi coniecit: ἡνίκα ἂν ἀνθρώποισι κατ' ἡέρα ταῦτά φανείη, αὐτοὶ μὲν φιλέουσ', etc. κατ' ἡέρα Callimacheum esse, de stellis positum: quam in rem laudat h. Del. 176. *τείρεσιν, ἡνίκα πλεῖστα κατ' ἡέρα βουκολέονται.* Mox sentiens, ut puto, molestum esse, ac vix intelligi posse in tali nexu ταῦτά, addit: nisi dedisset Olympiodorus ταῦτά, hic fortasse poni *posse λύχνα φανείη* ex Callim. Fr. CCLV. Quae omnia, ut taceam de quo satis expositum est, aliam postulare illud ταῦτά sententiam, et propter insolitam structuram ἡνίκα ἂν φανείη suspecta, et supra modum audacter excogitata sunt. Sive enim librariorum culpa versum, qualem finxit Valckenarius, paullatim omni metro exutum esse, et in haec quae nunc apud Olympiodorum leguntur prorsus pedestria transforma-

tum statuas, nemo credet, quum qui sequuntur versus Callimachi nihil labis passa sint, in istum unum tam crudeliter grassatos esse libenarios; sive, quae haud dubie mens fuit Valckenarii, ipsum ex versu Callimachi ista fecisse pedestria Olympiodorum dicas, minime credibile est, Olympiodorum paraphrasi circumscribere versum Callimacheum, quam, quod aequae brevis, vel etiam brevius erat, ipsum apponere versum maluisse. Mihi verba *ἤνικα — ταῦτά* duorum vel trium versuum Callimacheorum videntur paraphrasis esse; verborum autem Callimachi si quid in his supersit, hoc fere fuerit:

*ἤνικα μὲν γὰρ ταῦτά μετ' ἀνθρώποισι . . .  
φαίνεται —*

*ἤνικα μὲν γὰρ* caesura magis quidem Homérica quam Callimachea, sed ad quam tamen proxime accedunt haec exempla: h. Apoll. 87. h. Del. 59. 59. Sunt et alia, in quibus aut interpunctio succurrit, aut ita sunt verba ordinata, ut, si coniungas pronunciando, quae verba arctissime coniungi sensus iubet, quae autem disiungi iubet, disiungas, nemo animadvertat caesuram post pedem secundum: h. Apoll. 44. 109. h. Dian. 131. 132. 223. 249. h. Del. 113. 119. Epigr. XV. 1. Fragm. XLII. XLV. CXI. 3. CXXIII. 1. CXXXVI. CCXXXII. CCCVIII. Vel sic: *ἤνικ' ἐν ἀνθρώποισι . . . ταῦτά . . . φαίνεται*. potest enim *γὰρ* particula, vel alia, in versu fuisse eo, qui praecedebat. *ταῦτά* etsi non spononderim esse a Callimacho, putem tamen posse a Callimacho esse: v. alia caesurae exempla ad Fragm. XLIV\*. Cap. III.

Quae restat in versibus Callimachi scripturae varietas, eam, quum novorum subsidiorum nihil, ac ne Olympiodorum quidem ipsum praesto habeam, ex probabilitate ipsiusque bonitate scripturae diiudico. Ac primum haud cunctanter *αὐτοὶ μὲν φιλέουσ', αὐτοὶ δέ τε π.* praetuli alteri lectioni, quae venustior et Callimachi acumine dignior videbatur Ruhnkenio. Mihi haec venustior oppositio: *iidem*

*eundem, ἐσπέριον et ἐῴον, amant et oderunt: scilicet αὐτοὶ μὲν φιλέουσ', αὐτοὶ δὲ τε περιφύασιν, ipsi amant, ipsi perhorrescunt, idem est ac si scriptum esset, iidem et amant et perhorrescunt. In Olympiodoro edito αὐτοὶ — αὐτοὶ — esse, credo Bentleio. αὐτὸν — αὐτὸν laudat, utrum ex Olympiodoro manu scripto an e coniectura nescio, Is. Vossius ad Catullum p. 153. atque sic habetur in prima Fragmentorum Callimachi collectione p. 138. ed. Vulc. p. 347. ed. Ern. Sic hanc appello, primam Fragmentor. Callim. collectionem: quam si Annae Fabri tribuit Ruhnkenius, ut videtur tribuere hoc loco, erravit, quum ea collectio iam in Callimacho exstet Vulcanii, unde repetitam, suis auctam notulis, exhibuit Anna Fabri. Scaliger ad Catull. l. l. αὐτὸν — αὐτοὶ laudat. In versu altero quod criticis recentioribus, Ernestio, Valckenario, placuit, ἀτὰρ στυγέουσιν, Tzetzes tuetur et Eustathii exemplar utrumque. Apud Olympiodorum ἀποστυγέουσιν esse, fidem faciunt, praeter Bentleium, Scaliger et Vossius ad Catull. l. l. et prima Fragmentor. Callim. collectio. Ut tamen illud reciperem, Eustathii maxime auctoritas apud me effecit. Ita enim conicio: Eustathium, quem ab Olympiodoro accepisse versum Callimachi probabile est, codicem Olympiodori antiquiorem his, ex quibus nos editum habemus Olympiodorum, habuisse, in quo scriptum ἀτὰρ στυγέουσιν esset. Si liberum iudicium fuisset, ego asyndeton, ἐσπέριον φιλέουσιν, ἀποστυγέουσιν ἐῴον, praetulissem tamquam elegantius. Ad dictionem aequae bonum est στυγέουσιν et ἀποστυγέουσιν. Legitur ἀπέστυγον in hymno Deli v. 223. et apud alios eiusdem disciplinae: cf. Callim. Fr. CIX. ibique Bentl. sed etiam Ernestius ibidem, et Valckenarius Callim. Eleg. Fr. p. 249. ἀποστυγῶ praesens apud Tragicos; στυγέουσιν ex Homero Hesiodoque notum. Memorabilis etiam Gregorii Nazianzeni Carm. III. v. 575. versus, τὴν ἄλλοι φιλέουσιν, ἀπέστυγεν ἄλλος αὐτὴν: quem adhiberi posse ad defendendum illud ἀποστυγέουσιν significat Valckenarius:*

statuit eum hanc imitationem esse Callimachei loci. Cf. de Apollinare dicenda Cap. II. Similis dicendi brevitatis, cum aliqua sententiae similitudine, in Demetrii apud Diogen. L. V. 85. et Suidam in *Φθονῷ σοι*, versu *πρὸς τοὺς φθονερούς· ζῶν ἀτιμήσαντες ἀποφθίμενον ποθέουσι*. De eo autem, quis primus animadverterit Luciferum et Hesperum eundem esse, quum disceptetur a veteribus, ea inventio utrum Pythagorae, quae fortasse plerisque communis sententia fuit, an Parmenidi tribuenda esset, noti sunt Diogenis Laertii loci, in Pythagora, VIII. 14. in Parmenide, IX. 23. coll. Suid. v. *Παρμενίδης*. Ubi quae male habet Diogenis secum ipso dissensio, eam nunc sustulit iuvenis integerrimus, praematura morte his litteris, quas cum multa solertia tractabat, ereptus, H. G. Hübnerus, recepta priori loco emendatione Casauboni: *οἱ δὲ φασὶ Παρμενίδην* pro vulg. *ὡς φησὶ Παρμενίδης*. Fortasse recte. Sed quod idem in posteriore loco verba *Καλλίμαχος δὲ φησὶ μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ ποίημα* de Pythagora, quae etiam Füllebornii in Fragmentis Parmenidis p. 26. opinio est, mihi rectius Bentleius in Fragmentis Callim. p. 471. ed. Ern. de carmine aliquo, quod genuinum esse Callimachus negaverit, Parmenidis cogitare videtur. Non negligendum hanc in quaestionem Parmenidis ex Stobaeo fragmentum, Fülleborn. p. 101.

In Fragmento XLVIII\*. *οὔ νυ καὶ Ἀπόλλωνα παναρχέος Ἡελίοιο* etc. ad excitatos a Bentleio testes, Scholiasten Pindari Nem. I. 3. et Suidam v. *Παναρχέος*, Ruhnkenius Epist. Tittmann. p. 101. Suidam v. *Ἀρίσταρχος Τεγεάτης*, et felix recentioris aetatis in eruendis grammaticorum reliquiis industria praeclarum testem, Apollonium *περὶ ἐπιρῶνημάτων* ap. Bast. ad Greg. C. p. 332. in Bekkeri Anecdotis II. p. 549, 1. 573, 3. tum etiam Ioannem Alex. *τον. παραγγ.* p. 37, 7. addidit. Bentleius quidem quod vulgo ap. Schol. Pindari legitur, *χωρίον διατμήγουσι*, sola Etymologi p. 607, 23. (cf. Gudian. p. 446, 20.) et Eustathii, tribus locis, auctoritate, adverbii *χωρίς*

etiam hanc formam, *χωρι*, commemorantium, feliciter emendaverat *χωρι διατιμήγουσι*. Nunc plane hoc ipsum, *χωρι διατιμήγουσιν*, non addito nomine Callimachi, Apollonius et Ioannes praebent. Ut tacere possim irritum conatum Annae Fabri p. 360. ed. Ern. coll. Fragm. a Spanhemio collect. p. 388. ed. Ern. et conatum Scaligeri, de quo mentionem Valckenarius Epist. Tittmann. p. 50. facit; et rursus alium ipsius Valckenarii ibid. conatum, proponentis *ῶρον αποτιμήγουσι*, quam ille coniecturam docte exornat, ostendens exemplis eundem esse Apollinem, Horum, Solem. *τιμήγω* praesens, cum compositis, non infrequens huic poetarum scholae. *τιμήγε* Nicander apud Athenaeum IV. p. 133. D. *αποτιμήγων* idem Theriac. 715. *αποτιμήγει* Dionysius Perieg. 1153. Sed tamen *αποτιμήγουσι* iam praeiverat Homerus Iliad. XVI. 390. Rursus alia singularis forma est *ἐτιμήγη* Callim. Fr. CCC. *αποτιμηγέντες* Apollon. Rhod. IV. 1052. Sic Nonnus in Evang. Io. *αποτιμήγουσι*, *διατιμήγει*; Paullus Sil. *αποτιμηγέντος*, *διατιμηγεῖσα*, (*διέτιμαγεν*), *περιτιμηγέντι*, *τιμηγέντας*. In forma *Δηϊώνη* iam Anna Fabri haeserat. certe illa p. 252. ad *εὐποδα δηϊώνη* scribit: *Hoc etiam mihi suspectum est*. Disertius Valckenarius tum in Epistolis Tittmann. l. l. p. 49. sq. tum ad Herodot. VIII. 65. p. 648, 42. *Δηϊώνη* dici potuisse negat, et *Δηϊώνη* corrigit. Recte omnino. Quotquot ante oculos habeo patronymicorum, vel similiter formatorum, in *ωνη* vel *ιωνη* exempla, *Αινειώνη*, *Καδμειώνη*, *Οὐρανιῶναι*, *Ἡλεκτρωνώνη*, *Ἀκρισιώνη*, quod cum Homero commune Nonno XXX. 270. est: *Ῥειώνη* Euphorionis fragm. CXXXVIII. apud Meinekium, cui qui laudatur, Salmasius ad Inscr. Herod. p. 91. an alia ignota mihi exempla habeat nescio; *Ἰναχιώνη* Callimachi hymno in Dianam; *Ἡετιώνη* apud Quintum Smyrn. I. 115. XIII. 268. et Christodorum; *Τυνδαρεώνη* ap. Tryphiodorum, Coluthum, Christodorum; *Ἰκαριώνη* ap. Maximum, ter; *Λιώνη*, quod nomen Eustathius in Iliad. V. 370. p. 558. IX. 555. (557.) p. 776. cum patronymico *Ἀκρισιώνη* comparat; *Θυώνη*, *Οἰνώνη*, *Ἄμυ-*

μωνη, Σιωώνη apud Callimachum in Epigrammate; Ταυρωώνη apud Suidam, quam vocem ne nunc quidem, post Gaisfordium, extrudi ex Suida iusserim; Ἀτροντώνη, quod apud Homerum in hac tantum phrasi, — Διὸς τέκος, Ἀτροντώνη, apud posteriores, ut Quintum I. 514. XIV. 526. 530. Coluthum, aliter, et rursus aliter apud Hesiodum legitur; Χιτώνη apud Callimachum in hymnis Iovis et Dianae; Εἰρησιώνη: inter omnia nullum, quod cum hoc exemplo, Δηιώνη, recte ab omni parte compares. Et omnino ferri nequit sic producta ι littera. Aliud est Δηϊονίδαο producta secunda syllaba, Callim. h. Dian. 209. Patronymicorum in ινη exempla quae annotaveram, pleraque occupata ab Valckenario locis laud. video, ut hoc tantum reliquum sit, testimonia addere auctorum: Ὠκεανίνη, Ἀδρηστίνη, Εὐρήνιη (Eveninae Ovid.), Θεϊαντίνη, Κλεοβουλίνη (unde fabularum Cratini et Alexidis tituli; Diogen. L. in Cleobulo, et praeter alios Plutarch. Praecept. coniug. p. 145. E. Conviv. Septem Sap. p. 148. C. ubi Κλεοβουλῆνῃν recte expulit Xylander, de Pythiae orac. p. 401. B. ubi vulgo male Κλεοβούλην), Νηρηϊνή (Oppian. Halieut. I. 386. Quint. Smyrn. III. 125. 596. 768. 786. IV. 128. VII. 355. IX. 29. et Suidas; Nerine Virgil.), Neptunine. Add. Αἰητίνη (Regulae prosod. Hermann. p. 440. 90. corrigend. ex Dracone p. 45. et 105.) Dionys. Perieg. 490. Αετίνη Ovid. Her. Epist. VI. 103. laudatusque ibi ab Heinsio Avicenus Descript. Orb. v. 657. 1221. Quae addit Heinsius, Nonacrine, et locorum nomina, Elephantine, Daphnine, nimis aliena ab hac quaestione sunt: quippe Nonacrina, nam Nonacrine non memini me legere usquam, notum Callistus, Atalantae, cognomen, nomen adiectivum gentile est; Elephantine, Daphnine, ut quae iuxta Daphninen commemoratur, Acanthine, vix dubium quin fuerint Ἐλεφαντίνη, Δαφνίνη, Ἀζανθίνη penultima correpta, quorum tantum gentilia adiectiva longitudinem adscisciebant, ut est Ἐλεφαντίνος, Ἐλεφαντίνος apud Stephanum Byzantium. Aliquanto rectius a me observata adhibeantur:

Ἐκαλίγη, restitutum ante me et ante hos, quos Prolegg. p. 8. dixi, a Xylandro ad Plutarchi locum paullo ante laudatum, in Conviv. Sept. Sap. frustra refragante Wyttenbachio Animadv. p. 922. Μυρίνη, χοιρίνη, Χοιρίνη, et quam supra modum audacter in Ἐκαλίγην, vel, ut ipse malebat Ἐκαλήγην, transformat Wyttenbachius, Εὐκολίνη. Ἀγριππίνη Leonid. Alex. XXI. 3. (Anth. Pal. I. p. 295.) De Φαιαζοσίγη Valckenarii v. nunc Boeckh. Corp. Inscr. Vol. II. p. 29. Et ibid. Εὐκολίνη Vol. I. p. 515. 536. 548. At Ἀκιλείνης p. 590. fortasse Aquilinae est. Denique ἠρωίνης est, in extremo versu, apud Callimachum h. Del. 161. in Theocriteis XIII. 20. XXVI. 36. Ipsum Ἀηωίνη graecum non magis, puto, exstat, quam Ἀηώς, quod tamen latine scriptum, notum ex Ovidio Ausonioque, recte comparat, ad tuendam Ἀηωίνην, Valckenarius. Sic Ἀητωίς est, et Ἀητωιάς, ac posset inde esse Ἀητωίνη. Ἀητιώνη non potest. Ego, si quid in hac scriptura, Ἀητιώνην, probi esset, duos de quibus aliquis cogitet modos video: aut, quam in rem Etymologi testimonio p. 265. extr. ι litteram in nomine Ἀηώ agnoscentis utaris, Ἀησιώνην; aut, quod magis placeret, Ἀησιώνην, ω transeunte in ο litteram, metri caussa, ut fit Ἀητώ, Ἀητός, Ἀησιόδης. Ab Heynio et Boeckhio in Schol. Pind. Ἀησιώνην editum. Pedum pulchritudinem, εὐποδα, Proserpinae iam Homerus praedicat h. Cer. 2. αὐτήν, ἧδὲ θύγατρα τανύσφυρον.

Qui sint, quibus hoc vitio vertit Callimachus, quod Apollinem a Sole, Proserpinam a Diana dirimant, non habeo compertum. Hoc, vitio id verti illis a Callimacho, et contrarium sensisse Callimachum, etiam scholiastes Pindari viderat, qui hoc consilio profert versus Callimachi, ut eandem esse Proserpinam et Dianam probet: ὅτι δ' ἡ αὐτὴ ἐστὶ τῆ Ἀρτέμιδι, Καλλιμαχος ἐν Ἐκάλῃ· οἶνον καὶ Ἀπόλλωνα etc. Sed quomodo contrarium sensisse Callimachum docebitur, qui ipse in hymnis, qui exstant, in Apollinem et Dianam, Apollinem a Sole, Dianam a Proserpina, Hecate, Luna, dirimat?

Ita res se habet. Hymnus in Apollinem medicae quidem artis peritiam ac praesidium tribuit v. 45. 6. Apollini, non ut agnoscere Callimachus Paeanem Homericum videatur; at doctrinae de Apolline Sole nullum vestigium. Hymnus in Dianam cum Ilithyia miscet atque confundit Dianam v. 21. sq. (cf. 126.) unde credibile est alibi Callimacho, quum *Εἰλεῖθριαν* dicit, h. Iov. 12. Epigr. LVI. simul Dianae obversari imaginem, excepto tamen tertio h. Del. 132. 257. loco, ubi de Diana cogitari nequit, neque in *Εἰνατίη* Fragm. CLXVIII. notio expressa Dianae est: igitur hymnus in Dianam nullam neque Proserpinae proprietatem neque Hecates neque Lunae in Dianam confert. Ambiguum est, et hoc fortasse ambiguum esse voluit poeta, *φαέσφορε*, sed suam in se idoneam, dominantem per totum hymnum imagini Deae venatricis accommodatam explicationem habet. ex loco superiore v. 11. ubi *φαεσφορίην* non illud, quod somniat interpretes graecus, sed, ut verbis utar Sophoclis, *πυρφόρους Ἀρτέμιδος αἴγλας* significare, *ξὺν αἷς Λύκι' ὄρεα διέσσει* Dea venatrix, satis evincit sententiarum nexus. Sic in Trachiniis v. 214. *ἀμφίπυρος* epitheton, quod per se ambigua est significatione, in illa verborum coniunctione, propter alterius viciniam epitheti, manifesto ad venatum pertinentis, sine ambiguitate unam, ut decet poetam, deae noctu vagantis cum facibus, ut excutiat e latebris feras, imaginem praebet: "*Ἀρτεμὺν Ὀρνυγίαν, ἐλαφρηβόλον, ἀμφίπυρον*. Neque *Ὀῦπις* cognomen h. Dian. 204. 240. eius significationis, quam indicat apud Spanhemium Servius, quicquam prodit apud Callimachum, sed simpliciter est Dianae cognomen, quod illa, ut alii viderunt, ab Opide nympha, cuius in hymno Deli v. 292. mentio, assumpserit: ut idem Callimachus Dictynnae nomen a nympha translatum esse in Deam, Dianam, diserte significat. Neque *Χησιάς*, *Ἰμβρασίη*, Dianae eodem in hymno v. 228. cognomina, per se tantum valent, ut Callimachum his comprobare voluisse Stoicorum Servii ad Virg. Georg. 1. 5. doctrinam,

*Lunam eandem Dianam, eandem Cererem, eandem Junonem, eandem Proserpinam* esse, ostendant. Scilicet distinguendum est in hac quaestione, quid poetae receptae inde ab Homero consuetudini consentaneum luserint, quid ipsi secum senserint. Veluti Callimachus potuit in hymnis ita agere, *tacendo*, ut ex usitato poetarum more distinguere Apollinem a Sole, Dianam ab Hecate, Luna, Proserpina, videretur, et tamen contrariam secum ipse, poeta philosophus, fovere sententiam, eosque reprehendere, qui *diserte* dirimendum esse a Sole Apollinem, a Diana Proserpinam, docuissent. Itaque hoc faciebat ille, quisquis fuit, quem carpit Callimachus. ille in declaranda natura Apollinis, Dianae, non solum, quod etiam Callimachus facit, ut vidimus, separandis fabulis, et seponendis atque omittendis iis narrationibus nominibusque, in quibus significatio inerat, aut videri inesse poterat, Solis, Proserpinae, dubium reliquerat, utrum ipse primitus coniunctam Apollinis et Solis, Dianae et Proserpinae, naturam notionemque fuisse, an diversos esse deos sentiret, liberumque cuivis hac de re iudicium permiserat: sed diserte, sive in poemate aliquo, sive alio modo, negaverat, unquam quicquam Apollini cum Sole, Dianae cum Proserpina, commune fuisse. Quis ille fuerit, ignoro. Poetam fuisse credibile est; Apollonium fuisse nullo probabili argumento evincas: et omnino, ut aliquid contra Apollonium fuisse in exordio Hecales scriptum concedas, etsi nos id cur affirmare non audeamus, paullo ante declaratum est, non sequitur totum contra Apollonium scriptum exordium fuisse. Potuit Callimachus semel multorum invidorum adversariorumque diversas aggressiones calumniasve una defensione ac responsione comprehendere, ulcisci. De re ipsa, utrum differat an non differat ab Sole Apollo, Diana ab Luna, Hecate, Proserpina, multa et dicta esse et posse dici constat. Ego nunc hac in re uno defungar memorabili Plutarchi loco, qui quam opinionum differentiam Callimachi aetate fuisse vidimus, eam etiam postea cerni, mul-

tumque agitatam in scholis posterioris aevi hanc quaestionem esse docet: de Pythiae oraculis c. 12. p. 400. C. ὥσπερ οὖν ὁ τὸν ἀλεκτρούνα ποιήσας ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ Ἀπόλλωνος ἑωθινήν ὑπεδήλωσεν ὥραν, καὶ καιρὸν ἐπιούσης ἀνατολῆς, οὕτως ἐνταῦθα τοὺς βατράχους ἑαρινῆς ὥρας φαίη τις ἂν γεγενῆσθαι σύμβολον, ἐν ᾗ κρατεῖν ἄρχειται τοῦ ἀέρος ὁ ἥλιος, καὶ τὸν χειμῶνα διαλύειν· εἶγε δὲ καθ' ἑμᾶς τὸν Ἀπόλλω καὶ τὸν ἥλιον μὴ δύο θεοὺς, ἀλλ' ἓνα νομίζειν· καὶ ὁ Σεραπίων· σὺ γὰρ, εἶπεν, οὐχ οὕτω νομίζεις; ἀλλὰ οἶει τὸν ἥλιον διαφέρειν τοῦ Ἀπόλλωνος; Ἔγωγε, εἶπεν(ον), ὡς τοῦ ἡλίου τὴν σελήνην. ἀλλ' αὐτὴ μὲν οὐ πολλάκις οὐδὲ πᾶσιν ἀποκρύπτει τὸν ἥλιον, ὁ δὲ ἥλιος ὁμοῦ τι πάντας ἀγνοεῖν τὸν Ἀπόλλωνα πεποίηκεν, ἀποστρέφων τῇ αἰσθήσει τὴν διάνοιαν ἀπὸ τοῦ ὄντος ἐπὶ τὸ φαινόμενον. Serapion ille Plutarchi, ut p. 396. D. E. p. 402. F. traditur, Atheniensis, poeta philosophus est, et quidem, ut in disputatione his, quae descriptissimus, proxima significatur, stoica sapientia imbutus. Praeterea quum in Callimacho versemur, duo sunt considerandi loci Callimachi, quibus ille, contra morem usitatum, suam veram sententiam, de Apolline Sole et Diana Luna, palam facit vel facere videatur. Fragm. CLXXXVII. ex Clementis Alex. Protrept. p. 25. (18.) Φοῖβος Ἐπερβορέοισιν ὄνων ἐπιτέλλεται ἱροῖς. quod quum sic accipi posse, sacra illa fieri solita esse sub solis ortum, animadverterint Bentleius et Hemsterhusius, mihi semper placuit, ut nec Bentleio displicet, ἐπιτέρεται, quae est Tan. Fabri, testante Anna filia p. 342. ed. Ern. coniectura, nata ex altero eiusdem Callimachi loco, Fragm. CLXXXVIII. τέρονουσιν λιπαραὶ Φοῖβον ὄνοσφαγίαι. Si tamen retinendum sit ἐπιτέλλεται ea, quam volunt Bentleius et Hemsterhusius significatione, fortasse non de nihilo est, quod Φοῖβον hac in re quam Ἀπόλλωνα dicere maluit Callimachus. Quid enim si latinorum poetarum consuetudinem acute observatam ab I. H. Vossio, ut *Phoebum* quidem commune Soli cum Apolline nomen faciant, at *Αρο-*

*linem* nunquam appellant Solem, iam praeiverint Graeci? Aliquanto certior res est in altero loco, *Fragm. CCCCXVII.* ex Stephano Byzantio. Ita enim Stephanus: *Αἰθίοπιον* (sic MSS. vulgo *Αἰθιοπίον*), *χωρίον Ἀυδίας παρὰ Ὑλλω, πλησίον τοῦ Εὐρύπου. ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Αἰθιοπία* (vulg. *Αἰθιοπία*). οἱ δὲ, ὅτι παρὰ τοῖς Αἰθίοσι διάγουσαν Ἀπόλλων ἤγαγεν αὐτήν. οἱ δὲ, τὴν αὐτὴν τῇ Σελήνῃ, παρὰ τὸ αἶθειν, ὡς *Καλλιμαχος*. οἱ δὲ, ὅτι ἡ αὐτὴ ἐστὶ τῇ Ἐκάτῃ, ἥτις αἰεὶ δᾶδας κατέχει, ὡς Ἐρατοσθένης. Quamquam hic quoque incertum est, quam aperte Callimachus aut quam tecte sententiam suam dixerit. Aliud confusae a Callimacho Dianae cum Hecate exemplum habeo, quod totum in coniectura positum. Composui alibi versum, quem primus integrum Bastius ad Greg. C. p. 241. ex Etymol. Ms. Paris. (v. nunc Etymol. Gud. p. 539, 59.) protulit, quum particula tantum versus apud Suidam in v. Ὑδω exstaret, cum Fragmento Callimachi LXXVI. Nunc vide, an his ita compositis subiungendum sit Callim. Fragmentum LXII. quod ab Hecale alienum esse infra Cap. X. doceo. Quo et initium praeclarum carminis iambici et conclusionem, b. e. versum conclusioni proximum, vel ipsum, qui conclusionem faciebat, versum repraesentabimus:

Ἰδεῖν ἔοικε τὴν φερέζων κόρην,  
τὴν ὠγαμέμων, ὡς ὁ μῦθος, εἶσατο,  
τῇ καὶ λίπουρα καὶ μόνωπα θύεται.

χαῖρ' Εὐκολίη . . . . .

*φερέζως*, rarum vocabulum, quod ego ex Nonno XII. 6. *Evang. Ioann. cap. V. 25. XVI. 27.* ex Ioanne Gaz. et Apollinaris Psalmis annotavi, aut Dianae Lucinae epitheton, aut Dianae Hecates erit, respondens Hesiodico *κουροτρόφος*.

Haec sunt partim Hecales fragmenta, partim mea coniectura ad Hecalen relata, quae in prooemio pono non sine multa probabilitate, quinque. Quibus alia subiungam, de

quibus hoc tantum praesto, posse ex Hecale, et quidem ex prooemio esse Hecales: ita tamen ut concedam non minori probabilitate eadem ad locos alios, et ad carmina alia, referri posse.

Fragmentum Callim. CCXCII.

*ἔλλετε, βασκανίης ὀλοὸν γένος,*

Valckenarius Callim. Eleg. Fragm. p. 281. sq. cum eo, quod supra tractavimus, CLXV. et cum illo, quod est CXXI. in una fuisse eademque Elegia coniicit; E. Gerhardus Lect. Apollonian. p. 6. fortasse Ibidi esse vindicandum scribit. Quidni Hecalae vindicetur? ubi adversarios tranquilla argumentatione confutatos poeta fortasse hac vehementiori compellatione dimisit: *ἔλλετε βασκανίης ὀλοὸν γένος. ἔλλετε* iure miratur Valckenarius p. 282. sed placuit ita Callimacho. Alterum *ἔλλετε* in Fragm. CXXI. fertur ex emendatione Bentleyi, approbata illa, sed alia significatione, ut in bonam partem dictum sit, Hemsterhusio. Ibi vulgo in Schol. Pindari Nem. IV. 10. *ἔλλᾶτε* habetur. Pro quo Valckenarius *εἴδ' ἄγρ* dabat; Wakefieldius et Porsonus, quod Boissonadio in nitido suo Callimacho Paris. 1824. p. 200. et mihi probatur, *ἔλατέ νυν*.

De eorundem adversariorum maledicentia accipere licet Fragmentum CCLIII.

*κηκάδι σὺν γλώσση.*

Sed hoc ubi, et de quo dictum, tam multos excogitare locos occasionesque possis, ut periculosum sit unum velle monstrare locum, in quo sit dictum. Est illud etiam in Etymol. Gudiano p. 319. ita scriptum: *κηκάδος ἐν γλώσση.*

Dicam hac opportunitate de Fragmento CCCVI.

*τὸν ἐν Δωδῶνι λελεγμένον οὐνεκα χαλκὸν*

*ἤγειρον:*

sententiam meam. De eo praeclare meruit Bentleyus tum feliciter restituto *λελεγμένον* pro *ἀμέτρῳ* isto *λεγόμενον*, quod in Stephano Ms. fuit, tum maxime interpretatione addita hac:

*Dictum in garrulum quendam, qui ad dicendum provocatus nunquam finem facere potuit. Addo equidem: in garrulum quendam, adversarium Callimachi. In proverbio versari locum Callimachi Bentleius senserat, fortasse Erasmi in adagio Dodonaeum aes, sed maxime Stephani memor, qui in hoc ipso capite de Dodona bis meminit proverbii: Ἔστι δὲ καὶ Δωδωναῖον χαλκίον παροιμία ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων, ὡς μὲν ὁ Δήμων φησὶν. — et paullo post: — εἰκότως εἰς παροιμίαν παρεγένετο. μέμνηται αὐτῆς Μένανδρος ἐν Ἀθήνῳ φρόνῳ (p. 27. ed. Meinek.)· Ἐὰν δὲ κινήσῃ etc. Ne quis autem miretur, quod Menandri uti auctoritate ad confirmandum proverbium Stephanus maluerit quam Callimachi, cuius ipse verba haec, τὸν ἐν Δωδῶνι — ἤγειρον, loco superiore apposuerat, reputet, ea verba ibi tantum ad comprobendam dativi formam, Δωδῶνι, apposita esse a Stephano. Ergo quum de proverbio dicere coepisset, maluit scriptoris alius, eiusque antiquioris, testimonio uti, quam ad laudatum ante alio consilio Callimachum relegare lectores. Callimachi ipsius fragmenta sunt apud Stephanum eo loco duo, probe a se invicem discernenda, ut sunt a Bentleio discreta. Unum, de quo coepi disputare, Fragm. CCCVI. Alterum ex Actiorum secundo, ubi de origine Dodonae fabulam poeta tractaverat, quod Bentleio est Fragm. XXIV. ad quem locum non dubito quin pertineant duo neglecta adhuc insignia frustula Callimachi, quae ex Scholiis Victorianis Heynius ad Iliad. XVI. 234. et 255. Suppl. T. VII. p. 785. protulerat:*

*κρηνέων τ' Ἐυρώπη μισγομένων ἑκατόν:*

*ut nunc Bekkerus exhibuit, quum Heynius κρηναίων τ' Ἐυρώπη μισγομένων, omisso ἑκατόν, dedisset: Ἐυρώπη intelligenda ea, de qua eadem Schol. Vict. ad versum Homeri praecedentem, Oceani filia: cf. Hesiod. Theog. 357. deinde ad v. 235. hoc:*

*οἷσιν ἄθικτον*

*σάμβalon ἀγλείου:*

ut Callimachum scripsisse, aut potuisse scribere conicio: *quibus intacta vestibulo solea, vel quibus nunquam solea attigit vestibulum.* cf. Callimachus h. Dian. 201. *μύρτοιο δὲ χεῖρες ἄθικτοι. σάμβαλα* dixit Diotimus Epigr. II. 6. (Anth. Palat. I. p. 274.) *ἀσάμβαλος* Nonnus aliquoties, locis ab Intrp. Hesych. v. *Σάμβαλα* et ab Iacobsio laudatis; denique locupletior his testis, ipse ille, ut puto, cui debet exquisitum vocabulum Callimachus, Eumelus apud Pausan. IV. 33, 2. Heynius ex Schol. Vict. dederat: *ἦσεν εκδους συμβαλον αυλειου*; Bekkerus: *ἦσεν ἐκδούς σάμβαλον ἀυλείου.* Sed ut illuc revertar, ante omnia redintegrandum ac bona sui parte, quae deerat apud Stephanum, augendum est Fragm. CCCVI. Id quod ex Constantino Lascare fecit Blomfieldius; nos nunc ex illo ipso, ex quo sua hausit Lascaris, nisi fallor, Choerobosco Bekkeri Anecd. III. p. 1228. Apponam, ut comparentur cum Choerobosco, verba Constantini Lascaris, qui non est in omnium manibus, ex libro Grammaticae tertio: *εὐρήσεις δὲ καὶ παρὰ ποιηταῖς τοιαύτας δοτικὰς πεπονθυίας μεταπλασμὸν διὰ τὸ μέτρον. καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ ἐν τῷ Ἰλιάδος, Πανυρότεροι μέμασαν δὲ καὶ ὡς ὑσμῖνι μάχεσθαι, ἀντὶ ὑσμῖνη. καὶ ἀλκὴ πεποιθώς, ἀντὶ ἀλκῆ. καὶ παρὰ Καλλιμάχου, Μῆ με τὸν ἐν Δωδῶνι λέγοι μόνον εἴνεκα χαλκοῦ. ἀντὶ δωδῶνη.* Apud Choeroboscum Bekkeri *οὔνεκα χαλκόν* legitur. Quibus coniunctis cum Stephani, qui *ἡγειρον* verbum conservavit, testimonio, sententiam Callimachi, hoc est, ipsius de se loquentis Callimachi sententiam efficitur hanc:

*μῆ με, τὸν ἐν Δωδῶνι λελεγμένον οὔνεκα χαλκόν  
ἡγειρον . . . .*

*ne me, quod aes illud Dodonaeum excitaverim, culpent periti rerum iudices.* vel, cum maiori acerbitate: *ne me, quod aes illud Dodonaeum excitaverim, severe puniant dii.* Excitaverat Callimachus aliquem ad dicendum: qui quum multa garrulitate molestum se fecisset, Callimachus excitatae ab se garrulitatis culpam avertit ac deprecatur. Unum in his

ambiguum, quid restitutum a Bentleio λελεγμένον significet. An ut sit, quod dicitur esse Dodonae? Vereor ut recte. Atque unicum hoc bene observasse Iac. Gronovius, ubi λεγόμενον inepte defendit contra Bentleium, videtur, λελεγμένον non esse quod dicitur. Quare λελεγμένον inusitate dictum ab Callimacho, sed ex analogia Homericorum λέξομαι, ἐλέξυτο, ἔλεκτο, καταλέγμενος (Odys. XI. 62. XXII. 196.), καταλέχθαι (Odys. XV. 394.), existimo: quod iacet, κείμενον, vel, ut propius ad usitatum Homero significationem verbi accedatur, quod cubat Dodonae, das gelagerte, das ruhende. Quadrat ad rem illustratus a Tollo ad Longin. p. 37. verbi ἐγείρειν usus, quod de iis rebus dicitur, quae ante iacuerant oblivione, situ, obrutae sepultaeque. Bentleius quomodo acceperit suum λελεγμένον, dubitare licet. Sane exstat apud Bentleium interpretatio latina: — quia aes quod dicitur Dodonaeum Excitavisse (sic in edit. Graevii) — : verum admodum probabilis dubitatio est Hemsterhusii, de qua Ruhnkenius ad Ernestium Epistt. Tittm. p. 27. *De Epigrammatum et Fragmentorum versione Latina quid Tibi videtur? Negat Hemsterhusius illam Bentleio deberi.* et p. 28. *Epistola quae sequitur: De Epigr. et Fragm. versione non aliam habet Hemsterh. dubitandi causam, quam quod multis locis indigna est Bentleio, nec accommodata ad certissimas, quas in textum recepit, emendationes.* Deinde non repugnabo vehementer, si cui εἴνεκα inferre placeat propter Constantinum Lascarin, sic: μή με τὸν ἐν Δωδῶνι λελεγμένον εἴνεκα χαλκὸν ἤγειρον. εἴνεκα rariori et Callimacheo usu eo, quem vidimus in εἴνεκεν οὐχ ἐν ἄεισμα, et οὐδ' ἐνεκ' Εὐρυνόμῃ Τιτηνιάς. Mihi tamen Choerobosco Bekkeri et maxime Stephano obtemperare satius fuit. Sedem quaerenti ita constituto atque explicato Fragmento CCCVI. prooemium Hecales non aptum visum est, quod illud reciperet; magis apta Ibis videbitur, ubi in Apollonium, et in fastidiosam Argonauticorum carminis longitudinem, sive garrulitatem,

dictum, illam propriam Ibidi ἀσάφειαν, et ἀνιγματῶδες illud habebit, de quo in sua Ibide Ovidius v. 51. sqq. his maxime verbis: *historiis involvam carmina caecis, ambages, aliquantum noctis*, tum Suidas v. Καλλίμαχος, denique Clemens noto loco, ubi cum Alexandra Lycophronis Ibin fortasse recte, Aetia non recte comparat, testantur. Quae obscuritas statim in eo cernebatur, quod nusquam nomen expressum adversarii erat: v. Ovid. l. l. et 95. sqq. et carmine extremo. Et sic peculiarem elegantiam habebit ἡγχιον: *excitaverat Callimachus Apollonium, magister discipulum.*

Non alienum ab illa modica quidem gravitate, sed tamen gravitate epica Hecales, quam in Prolegomenis circumscriptimus, Fragmentum CCCXLII. quod qui profert, vetus interpres graecus Dionysii Periegetae ad exordium Dionysii, ita profert, ut in gravi quodam loco atque argumento, ad conciliandam fidem iis, quae narraturus erat poeta, dictum fuisse videatur. Quare non male in fine exordii Hecales haec verba, quae fortasse cum invocatione Musae coniuncta fuere, qualem itidem in fine exordii Apollonius I. 22. inserit, vel, quod malim, simpliciter comprobata antiquitatis testimonio fabulam promittebant, colloces, ubi transitum Callimachus ad narrationem faciebat:

*ἀμάρτυρον οὐδὲν αἶδω.*

## II.

In capita divisi narrationem, quae versatur ante meum animum, Callimachi, non quod sic divisum in capita a poeta Hecale poema fuerit: sed quum carmen etiam continuum, epicum, suas quasdam partes et facta ordine quodam disposita, ut unum excipiat alterum, habeat, nos sic distinguendis his partibus factisque commode sequemur progredientem paullatim poetam, et periculosum opus per sua quasi tabulata exaedificabimus. Quae autem faciunt, ut ten-

tare hoc, et redintegrare carminis deperditi per suas partes, ordinemque partium, imaginem liceat, haec sunt quatuor. Primo illud, de quo in Prolegomenis p. 5. dictum, quod de argumento ambituque Hecales certis testimoniis constat. Deinde quae de factis Thesei, factorumque ordine, mythographi vel historici narrant alii: de quo significatum Proleg. p. 7. 12. Tum accurata fragmentorum, quae ex Hecale afferuntur a grammaticis, vel quae apta videantur ad hoc argumentum, observatio. Denique coniectura. Et hac quidem tum ad tria illa priora, tum eo opus est, ut dispositionem rerum efficias háud indignam poetae minime contemnendi ingenio.

Primam partem sive primum caput, vel, si exordium annumeres, secundum, *tauri* descriptionem fuisse *Marathonii* puto. Ita decebat poetam. Primo taurum ponere, occasionem carminis. Deinde ut prodiret Theseus, debellaturus taurum. Theseo ut obviam fieret Hecale.

De tauri illius origine, furore, et quomodo ex Creta ad Marathonios pervenerit, narrationem apponam sive ex Cállimacho ductam, sive ex aliis, quibus in iis, quae sunt praecipua, conveniebat cum Callimacho, Pausaniae I. 27, 9. 10. *Ἀνέθεσαν δὲ καὶ ἄλλοι Θεσέως ἔργον, καὶ ὁ λόγος οὕτως ἐς αὐτὸ ἔχει. Κρησὶ τὴν τε ἄλλην γῆν καὶ τὴν ἐπὶ ποταμῷ Τεθρίνῳ ταῦρος ἐλυμαίνεται. πάλαι δὲ ἄρα τὰ θηρία φοβερώτερα ἦν τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ὁ τ' ἐν Νεμέᾳ λέων καὶ ὁ Παρνάσιος, καὶ δράκοντες τῆς Ἑλλάδος πολλαχοῦ, καὶ ὅς περὶ τε Καλυδῶνα καὶ Ἐρύμανθον καὶ τῆς Κορινθίας ἐν Κρομμυῶνι, ὥστε καὶ ἐλέγετο τὰ μὲν ἀνιέναι τὴν γῆν, τὰ δὲ ὡς ἱερὰ εἶη θεῶν, τὰ δὲ καὶ ἐς τιμωρίαν ἀνθρώπων ἀφεῖσθαι. καὶ τοῦτον οἱ Κρηῖτες τὸν ταῦρον ἐς τὴν γῆν πέμψαι σφίσι Ποσειδῶνά φασιν, ὅτι θαλάσσης ἄρχων Μίνως τῆς Ἑλληνικῆς οὐδενὸς Ποσειδῶνα ἤγεν ἄλλου θεοῦ μᾶλλον ἐν τιμῇ. κομισθῆναι μὲν δὴ τὸν ταῦρον τοῦτον φασιν ἐς Πελοπόννησον ἐκ Κρήτης, καὶ Ἡρακλεῖ τῶν δώδεκα κα-*

λουμένων ἕνα καὶ τοῦτον γενέσθαι τὸν ἀθλον· ὡς δὲ ἐς τὸ πεδίον ἀφείθη τὸ Ἀργείων, φεύγει διὰ τοῦ Κορινθίου Ἰσθμοῦ, φεύγει δὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν καὶ τῆς Ἀττικῆς ἐς δῆμον τὸν Μαραθωνίων, καὶ ἄλλους τε, ὑπόσις ἐπέτυχε, καὶ Μίνω παῖδα Ἀνδρόγεω ἀπέκτεινε. Μίνως δὲ ναυσὶν ἐπὶ Ἀθήνας πλεύσας (οὐ γὰρ ἐπέθετο ἀναιτίους εἶναι σφᾶς τῆς Ἀνδρόγεω τελευτῆς) ἐς τοσοῦτον ἐκάκωσεν, ἐς ὃ συνεχωρήθη οἱ παρθένους ἐς Κρήτην ἑπτὰ καὶ παῖδας ἵσους ἄγειν τῷ λεγομένῳ Μινωταύρῳ τὸν ἐν Κνωσσῷ Λαβύρινθον οἰκῆσαι. τὸν δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι ταῦρον ὕστερον Θησεὺς ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἐλάσαι καὶ θῦσαι λέγεται τῇ Θεῷ, καὶ τὸ ἀνάθημά ἐστι τοῦ δήμου τοῦ Μαραθωνίων. Quae litteris diductis exscribenda curavi, ipsi Callimachi fragmentis admotis illustrari possunt, et fragmenta illustrant invicem. Addam alios. Apollodorus II. 5, 7. Ἐβδουμον ἐπέταξεν (Eurystheus Herculi) ἄθλον τὸν Κρήτα ἀγαγεῖν ταῦρον. τοῦτον Ἀκουσίλαος μὲν εἶναι φησὶ τὸν διαπορθμεύσαντα Εὐρώπην Διὶ· τινὲς δὲ τὸν ὑπὸ Ποσειδῶνος ἀναδοθέντα ἐκ θαλάσσης, ὅτι καταθύσειν Ποσειδῶνι Μίνως εἶπε τὸ φανὲν ἐκ τῆς θαλάσσης. καὶ φασὶ θεασάμενον αὐτὸν τοῦ ταύρου τὸ κάλλος, τοῦτον μὲν εἰς τὰ βουκόλια ἀποπέμψαι, θῦσαι δὲ ἄλλον Ποσειδῶνι· ἐφ' οἷς ὄργισθέντα τὸν θεὸν ἀγριῶσαι τὸν ταῦρον. ἐπὶ τοῦτον παραγενόμενος εἰς Κρήτην Ἡρακλῆς, ἐπειδὴ λαβεῖν ἤξιον, Μίνως εἶπεν αὐτῷ λαμβάνειν διαγωνισαμένῳ. καὶ λαβὼν πρὸς Εὐρυσθέα διακομίσας ἔδειξε, καὶ τὸ λοιπὸν εἶασεν ἄνετον· ὃ δὲ πλανηθεὶς Σπάρτην τε καὶ Ἀρκαδίαν ἔπασαν, καὶ διαβάς τὸν Ἰσθμὸν εἰς Μαραθῶνα τῆς Ἀττικῆς ἀφικόμενος, τοῦς ἐγχιωρίους διελυμαίνετο. Idem Apollodorus III. 1, 3. Ἀστεριῶνος δὲ ἄπαιδος ἀποθανόντος, Μίνως βασιλεύειν θέλων Κρήτης ἐκωλύετο. φήσας δὲ παρὰ θεῶν τὴν βασιλείαν εἰληφέναι, χάριν τοῦ πιστευθῆναι, ἔφη, εἴ τι ἂν εὕξεται, γενέσθαι. καὶ Ποσειδῶνι θύων, ἠὔξατο ταῦρον ἀναφανῆναι ἐκ τῶν βυθῶν, ὑποσχόμενος καταθύσειν

τὸν φρανέντα. τοῦ δὲ Ποσειδῶνος ταῦρον ἀνέντος αὐτῷ δια-  
 πρέπῃ, τὴν βασιλείαν παρέλαβε. τὸν δὲ ταῦρον εἰς τὰ βου-  
 κόλια πέμψας, ἔθυσεν ἕτερον. Θαλασσοκρατίας δὲ  
 πρῶτος πασῶν τῶν νήσων σχεδὸν ὑπῆρξεν. Ὀρ-  
 γισθεῖς δὲ αὐτῷ Ποσειδῶν ὅτι μὴ κατέθυσεν τὸν ταῦρον,  
 τοῦτον μὲν ἐξηγρώσει. Πασιφάην δὲ ἐλθεῖν εἰς ἐπι-  
 θυμίαν αὐτοῦ παρεσκεύασεν. etc. Continuat hoc argumen-  
 tum, de Androgeo, quem Aegeus, ut occideretur, ἐπὶ τὸν  
 Μαραθῶνιον ἔπεμψε ταῦρον, de bello, quod Minos, θα-  
 λασσοκρατῶν, Athenis intulit, ac Megaris, deque pacis  
 acerba conditione illa, Apollodorus III. 15, 7. 8. 9. Quae  
 idem de postremis tauri Marathonii fatibus habebat, qua in oc-  
 casione haud dubie etiam Hecales mentionem fecerat, ea in-  
 terciderunt. Diodori locum IV. 59. extr. posui Cap. IX. p. 20.  
 Cf. idem IV. 13. extr. Denique Isocrates Encom. Hel. p. 236,  
 25. ed. Bekker. καὶ τὸν τς ταῦρον τὸν ἀνεθέντα μὲν  
 ἐπὶ Ποσειδῶνος, τὴν δὲ χάραν λυμαινόμενον, ὃν πάν-  
 τες οὐκ ἐτόλμων ὑπομένειν, μόνος (Theseus) χειρωσάμενος etc.

In his una tenenda est, ne cui fraudi sit iterata Minois  
 mentio, observatio chronologica, iam praeparata illa atque  
 inchoata a nobis, nunc paullo explicanda uberius. Illud  
 dico, quod Proleg. p. 12. iterumque p. 20. significavi, alie-  
 num ab Hecale poemate Minotaurum esse. Sane equidem  
 non hoc in me recipio, ut chronologiam scribam Thesei, et  
 cuivis facinori Thesei ut suum tempus assignem. Sed tamen  
 nonnulla ita videntur poetarum mythographorumque con-  
 sensu stabilita indicioque circumscripta temporis fuisse, ut  
 Callimachum recessisse a narratione omnibus communi, et  
 quae iam historicam haberet fidem, incredibile sit. Sunt  
 autem haec, quae iam recensuit ordine Meursius in Theseo  
 cap. 5. sqq. Primo una facinorum Thesei, quae iuvenilia,  
 vel adeo puerilia, appelles, series, communi quodam  
 vinculo inter se cohaerentium. A quibus separatus proxi-  
 mum locum obtinet coniunctus cum fabula Hecales taurus

Marathonius. Denique hunc excipit expeditio in Cretam Thesei victusque ab Theseo Minotaurus. Sic haec uno ore Plutarchus in Theseo, Diodorus Siculus IV. 59. et 60. init. itemque, ut credere par est, Apollodorus. Iuvenilia, vel prima virtutis specimina, haec sunt, quae Theseus primum adolescens, primo itinere suo, quo, inventis calceis patris gladioque, Troezenae proficiscens Athenas, per viae occasionem, dum ex Argolide per Isthmum in Atticam iter intenditur, perpetravit, Herculis instar terram a monstris sceleribusque purgans: Periphetes *Κορυνήτης* in Epidauria; Sinis *Πιτυοκάμπτης* in Isthmo, cuius metu Aegeus, ut Schol. Eurip. Med. 661. ed. Matth. tradit, mari Troezena iverat; sus Cromyonia; Sciron in Megaride, vel, ut Plutarchus, *πρὸ τῆς Μεγαρικῆς*; Cercyon in agro Eleusinio; Damastes (vel Polypemon, secundum Pausaniam I. 58, 5.) *Προκορούστης* in Erineo, vel *ἐν Κορυδάλλῳ*, ut Diodorus. Hunc ordinem et totius ratio itineris situsque locorum commendant ac postulant, de quo nota est Palmerii Exercit. in A. Gr. p. 184. admonitio, et observant Plutarchus, Diodorus, eundemque haud dubie Apollodorus observaverat eo loco, ubi nunc primi tantum et secundi facinoris, Periphetae et Sinidis, mentio exstat, reliqua desunt, lib. III. extr. Unum dubium relinquit Plutarchus, de Scirone, quem Megarenses scriptores latronem fuisse negabant, interfectumque a Theseo non primo itinere suo, sed postea, *οὐχ ὅτε τὸ πρῶτον ἐβιάδιζεν εἰς Ἀθήνας, ἀλλὰ ὕστερον*, dictitabant. Facinora sunt, si Scironem numeres, sex; si taurum Marathonium annumeres, septem. Paene oblitus eram, idem rerum filum legere Pausaniam. II. 1, 4. Periphetes; Sinis. cf. de Sinide I. 57, 4. II. 1, 3. sus Cromyonia. I. 44, 6. 8. Sciron, de quo cf. I. 3, 1. I. 39, 3. Cercyon. I. 38, 5. Polypemon *Προκορούστης*. Post haec, ab hospitio Phthalidarum, a quibus etiam lustratus est, de quo iidem Plutarchus c. 12. et 23. extr. Pausanias I. 37, 4. testantur, Athenas ingressus, agnitus est a patre, et quae re-

liqua narrantur. Tum Athenis perrexit contra taurum Marathonium. Denique, *ὀλίγω ὄστερον*, ut ait Plutarchus, in Cretam. Hyginus etsi factorum Thesei, quae prima specimina iuvenilia dico, ordinem alium facit, in eo tamen, quod nobis praecipuum, consentit cum illis, *post* illa ponendum esse taurum Marathonium, et ultimo loco Minotaurum. Ita enim Hyginus Fab. XXXVII. et VIII. *Qui (Theseus) cum ad puberem aetatem pervenisset, mater praecepta Aegei indicat ei, lapidemque ostendit, ut ense tolleret, et iubet eum Athenas ad Aegeum proficisci, — eosque, qui illic tum itinera infestabantur, occidit. Corynetem — Pityocamptem — Procrusten — Scironem — Cercyonem — aprum qui fuit Cromyone — taurum qui fuit Marathone — Minotaurum.* Qui obiter commemorant facta Thesei, non mirum si tempora confundant, ut Statius Theb. XII. 576. sq. 581. 2. Ovidius Ibide 409. sqq. At ubi ordinem tenet fabularum Ovidius, in opere quasi historico, VII. 433. sqq. illa quidem priora suo ordinat arbitrio, at in re primaria facit cum mythographis. Nam quod ibi in recensendis Thesei factis primum locum tauro dedit Marathonio, non negligentia factum aut errore puto, sed consulto, quoniam hoc tum recentissimum, eoque gravissimum civibus, Thesei non ita pridem patri Athenisque donati facinus. de Minotauro victoriam Thesei prudenter loco inferiori VIII. 169. ss. 262. s. reservavit. Idem ubi facta Thesei, non omnia, sed nonnulla potiora, imaginibus inscriptionibusque celebrata recenset, Heroid. Epist. II. 69. sic procedit ordine: Sciron, Procrustes, Sinis, Minotaurus; tum bellum Thebanum, Centauri, descensus ad inferos.

Apparet ex his, quid in Hecale de Minoe ac Minotauro potuerit scriptum esse, quid non potuerit. Non potuit in Hecale Cretensis expeditio Thesei et devictus Minotaurus esse. Nisi ea de re aliquid quasi vaticinando occupaverit Callimachus. At potuerunt esse, ac fuerunt, ut puto, quae ad historiam

tauri Marathonii necessaria de Minoe Pausanias loco paullo antè adscripto habet. Igitur vestigia legens Pausaniae sic fere coepisse conicio poetam: Immissum Cretae taurum a Neptuno esse, quum multum polleret Minos, ac maris insularumque imperium classe teneret. Huc refero insigne Callimachi fragmentum, omissum a Bentleio, *Fragm. a Spanhemio collect. p. 592. XVI. ed. Ern. nunc Fragm. DI. Blomf.*

*καὶ νήσων ἐπέτεινε βαρὺν ζυγὸν ἀνχέην Μίνως.*

ex Cyrillo Alex. contra Iulian. lib. VI. p. 191. T. I. Spanh. De Minois quae tum fuit *θαλασσοκρατία* perque insulas dominatione praeter Pausaniam l. I. et praeter Apollodori l. I. verba imprimis illa ad Callimachum apta, *θαλασσοκρατήσας δὲ πρώτος πασῶν τῶν νήσων σχεδὸν ὑπῆρξεν*, cf. Thucyd. I. 4. Isocrat. Panathen. p. 269, 43. ed. Bekker. Diodor. IV. 60. Strabo I. p. 48. (p. 83. A.) Cyrillus testimonio Callimachi utitur ad comprobendam Minois iniustitiam atque intemperantiam: de quo aliquid Spanhemius ad Callim. h. Dian. 194. ubi idem rursus profert fragmentum Callimachi. Videbar etiam mihi ita scriptum legisse: *νησάων ἐπέτεινε* etc. quae si non proba genitivi forma, certe Callimachea foret: cf. Callim. h. Del. 66. 275. Suidas (cf. infra tractandum Callim. Fr. CCCCXXVIII.): *Κολωνάων, καὶ νησάων. παραλόγως ἐχρησάτο Καλλίμαχος. οὐ γὰρ παράγεται ἀπὸ τῆς κολώνης, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κολωνῶ.* add. fragmenta, fortasse Callimachi, *Ἄρτεμι Κρητάων πότνια τοξοφόρων*, et *καλοὶ νησάων ἀστέρες*, quae cum alio Epicharmi primum publicavit Heynius ad Iliad. XIX. 1. mirum ibi *Κρητάων*, quod Hermannus aliquando *Κρηταίων* fuisse putabat: nam sane aliud est *Κρηταίων-εὐρείων* apud Homerum. Nunc video constanter sic legi: *καὶ νήσων ἐπέτεινε* etc. Modum si quis quaerat, quo haec nexa fuerint, ut de multis proponam unum, Callimachus ita potuit: *Ἦν χρόνος, ἦνικ' — — — καὶ νήσων ἐπέτεινε* β. ζ. α. M. ad exemplum similium iuitorum apud Lobbeckium Aglaoph. I. p. 246. Vel *Ἦν ὅτε* — ut in Cypriis. Callime-

chus ipse in Choliambis Fragm. LXXXVII. quod pro exordio fabulae alicuius habeas: Ἦν κείνος οὐνιαυτός, ᾧ τὸ τε πτηρόν etc.

Ad dictionem similia annotavi haec ex Apollinare: Psalm. LXXI. οἶσατε νῆσοι δῶρ', — γαίης μεν βασιλῆες ὅλης ἅμα γουνάσαιιντο. ἔθνεά οἱ παντοῖα ποτὶ ζυγῶ ἀρχένα θείη. Ps. XCIX. ἀθανάτου χαίροντες ὑπὸ ζυγὸν ἀρχένα θεόθε. Ps. CI. αὐτὰρ κοιρανίοισιν (?) ἔδον ζυγὸν ἀρχένα (ἀρχένι?) θῆσει. At futilis auctor, audio; neque ea similitudo, ut quicquam ad illustrandum Callimachum conferat. Neque ego annotassem ista, nisi semel monendum esset, Apollinarem ita Homeri, Callimachi, usu ac lectione nutritum exercitatumque videri, ut similitudo etiam levior facile imitationis sive voluntariae sive non voluntariae suspicionem moveat. Et Homericam imitationem taceo, quum et manifesta multis locis, et Homerus is sit, quem norunt omnes. Ut unum proferam de levioribus, et quae facile praetereant legentem, Homericum est Θαῦμά μ' ἔχει Psalm. CV. et CXXXVIII. unde in lacunoso Pauli Silentiarii loco Ἐκφορ. τ. μ. ε. II. 96. quo Graefius iure Θαῦμα δ' ἔχω supplet, eodem iure aliquis Θαῦμά μ' ἔχει restituat. Callimachi autem non solum vocabula multa, h. e. primum divulgata a Callimacho ac frequentata versu heroico, et adamata Callimacho vocabula, sive ex ipso Callimacho doctus, sive ex aliis Callimachea elegantia imbutis poetis, frequentat Apollinaris: εἵνεκα (pro οὐνεκα, semel, si verum est, Ps. XXXVIII. εἵνεκ' ἐγὼ ξείνος), ἄισμα (Ps. CXLIII. et saepe in titulis Psalmorum), ἠνεκέως, φερέζωος, (σελήνης Ps. LXXI. epitheton, alibi aliter), ἀβάλε, ἀερετάζειν, ἀρηίκοος, αἰδίμιος, ἔμπα, ἔμπα γε μῆν, ἐσσήν, εὐδαγής, νήχυτος, δμέστιος, περιηγής, πολύθεστος, συνέμπορος, ψίθος (Ps. CVIII.): sed etiam complexus verborum habet ad similitudinem locorum, qui sonabant ante aures, Callimachi conformatos. Ps. LXVI. θεῶν ὄρος, πολυανθῆς ὄρος μάλα πῖον ἐτύχθη, πῖον ὄρος, — ad Lav. Pall. 40. Κρεῖτον δ'

εἰς ὄρος ἠκίσατο, Κρεῖον ὄρος. cf. Ps. LXXVII. ὄρος — κλεινὸν ὄρος. Ps. LXXVI. ἤρνεόμην πραπίδεςσι παρηγορέοντος ἀκοῦσαι, ex Callim. Fragm. CXLIV. (infra Cap. VII.) ἤρνεόμην θανάτοιο πάλαι καλέοντος ἀκοῦσαι. cf. Ps. C. οὐας ἐμὸν πέφρακτο κακηγορέοντος ἀκοῦσαι. Ps. CV. οὐασιν ἠρνήσαντο Θεοῦ λαλέοντος ἀκοῦσαι. Ps. CXVIII. Θεσμὸν σὸν φιλέεσκον, ἀτὰρ στυγέεσκον ἀθέσμους: ad similitudinem dicti illius: ἐσπέριον φιλέουσιν, ἀτὰρ στυγέουσιν ἔῤῃον. quamquam neque ἀποστυγέουσιν inauditum Apollinari: Ps. LXXXVII. ἀποστυγέουσιν ὁμοῖον. Omnino praeter Homerum vix invenias alterum, cuius sermo tantum et grammaticos exercuerit, et tanto numero amatores imitatoresque usque ad recentissima tempora exciterit, quanto Callimachus.

De ortu tauri utrum ea brevitate, qua Pausanias utitur, an quod facile crediderim, uberius, ea fere quae binis locis tradit Apollodorus, poeta retulerit, ambiguum est. Quam, praebente occasionem tauro, Pausanias in universum disputationem de monstris eiusmodi instituit, et quod scribit: ὥστε καὶ ἐλέγετο τὰ μὲν ἀνίεναι τὴν γῆν, horum similia eadem occasione a Callimacho dicta fuisse coniciebam. Certe haec inveniuntur in scholiis Apollonii Rh. I. 761. de Callimacho scripta: ἀλλ' ἐροῦμεν, ὅτι οἱ ποιηταὶ τοὺς τερατώδεις κατὰ τὸ σῶμα γῆς εἶναι φασίν. οὕτω γὰρ καὶ Καλλιμάχος τὰ δεινὰ τῶν θηρίων γῆς εἶναι ἔφη.

v. Callim. Fr. CCCLXXVI.

A Neptuno immissum Cretensibus taurum, et ab eodem exasperatum, etiam apud Callimachum fuisse, non ab Iove, ut vetus interpres Statii ad Theb. V. 441. neque ex luna delapsum, ut alius tradit, consentientibus Pausaniae et Apollodoro credo, et Isocrati. Atque Apollodori verbis: ἐφ' οἷς ὀργισθέντα τὸν Θεὸν ἀγριῶσαι τὸν ταῦρον, et ὀργισθεὶς δὲ αὐτῷ Ποσειδῶν — τοῦτον μὲν (taurum) ἐξηγρώσῃ, se-

liciter annectimus Fragmentum Hecales XLVI\*. Immisit Neptunus tauro oestrum,

*βουσσόον, ὄντε μύωπα βοῶν καλέουσιν ἀμορβοί,*

coque in rabiem egit. Anna Fabri versum ad Ἰούς ἀφρίζιν pertinere suspicabatur, p. 369. ed. Ern. Emendato a se in sua Fragment. Callim. collectione p. 385. ed. Ern. versu utitur Spanhemius ad h. Dian. 45. ubi vocem ἀμορβός explicat, cui disputationi addendum Fragm. Blomf. CCCCLXXV. infra Cap. VI. De oestro sive μύωπι: non puto enim accurate observatum poetis discrimen esse, quod scholia Apollonii locis statim indicandis inter utrumque faciunt: bobus infesto, praeter βοηλάτην μύωπα Aeschyli, cf. Apollonius Rhod. I. 1265. ὡς δ' ὅτε τίς τε μύωπι τετυμμένος ἔσσυτο ταῦρος, — et qui magis memorabilis locus, III. 276. 7. τετρηχώς, οἶόν τε νέαις ἐπὶ φορβάσιν οἴτρος τέλλεται, ὄντε μύωπα βοῶν κλειόουσι νομῆες, quod scribenti ipsum hunc versum nostrum ex Hecale observatum esse haud dubie recte statuit Gerhardus Lect. Apollonian. p. 9. Cf. Tryphiodor. 361. Coluth. 43.

Deinde immanem beluam, quum Cretam vastasset, translata ab Hercule in Peloponnesum esse, atque hinc invasisse Atticam, et in campum excucurrisse Marathonium,

*ἐννότιον Μαραθῶνα,*

cum mythographis narrabat poeta. Sed quod hac opportunitate inserui, Fragm. CCCL. etiam infra collocatum esse potuit, in eo quod nobis Caput VIII. est, vel poemate alio. Qui tauro primum ab Iove furorem subiectum, ut Cretensium agros ac moenia vastaret, scribit, interpres Statii, idem hoc habet, ipsi, nisi fallor, proprium, taurum Argos perductum ab Hercule, ab Iunone in Atticam regionem expulsum esse.

Hinc dubitandi campus ac materia aperitur. Scilicet interfectum a tauro Androgeum Minois filium, et bellum, quod ea de caussa Atheniensibus Minos pater intulit, finivitque conditione hac, ut per novem annos in Cretam quotannis funera Cecropiae, nec funera, portarentur, in dapem Mino-

tauro : haec omnia attigisse Callimachum , facile credo propter Pausaniam, qui ea in suum narrationis ordinem recepit ; estque hoc chronologiae illi nostrae consentaneum, si quidem dum haec geruntur omnia, Theseus aut commorabatur apud Troezenios, aut longo itinere, quod longius propter extirpanda nunc dextra nunc sinistra parte portenta ac latrocinia, Troezene Athenas pergebat. Qui ad annos has res exegerunt, Plutarchus Theseo c. 15. init. et c. 17. init. Diodorus IV. 61. Ovidius VIII. 170. 1. (cf. Meurs. de Regib. Atheniens. III. 2.) etsi de eo, quam diu illud inhumanum Minois pactum perduraverit, dissentiunt, in eo tamen concinunt, ut bellum et finem belli, initiumque pacti ante Thesei in urbem Athenarum adventum ponant, et tres annos, vel etiam plures, ab initio pacti usque ad dissolutum Thesei de Minotauro victoria numerent. Illud dubium est, quam Callimachus aut longe aut breviter bellum Minois tractaverit. Et maxime, an coniunctum cum hoc bello Megaricum Minois bellum, Nisum Scyllamque, nobilem fabulam, attigerit. Pausanias quidem illi suae narrationi eam non inseruit, fortasse brevitatis causa: agnoscit enim alibi I. 19. 4, et habet Apollodorus I. I. III. 15, 8. Neque quod Pausanias I. 59. extr. 41, 5. scribit, Megarenses ipsos bellum hoc Creticum, suaeque urbis sub Niso expugnationem dissimulare, Callimacho causa esse omitendi potuit. Itaque nunc fere persuasi mihi, non omisisse Callimachum, sed attigisse fabulam nobilissimam. Ac retracto, quae in Prolegomenis p. 12. de duobus fragmentis contra Toupium scripsi. Dico haec: Callim. Fr. CLXXXIV.

*Σκύλλα γυνή κατακάσα καὶ οὐ ψύθος ὄνομ' ἔχουσα.*

et Fragmentum anonym. sed quod et per se ipsum Callimachum spirat, et cognatum priori argumentum tractat, apud Suidam v. *Κρέκα* :

*πορφυρέην ἤμησε κρέκα.*

Quae nunc, ut Toupius Emendat. in Suid. P. V. Vol. III. p. 106. et 116. (T. II. ed. Lips. p. 230. et 237. sq.) voluit, ad Hecalen

retulerim. hac tamen conditione, non ut ex longa atque accurata expositione eius fabulae, quali expositioni nullus locus in Hecale fuit, sed ut sint poetae obiter ac summatim eam fabulam commemorantis, et properantis ad alia. Atque haec ipsa fragmenta speciem habent, ut nunc mihi videor sentire: licetque ea in unum coniungere: *Quum* (vel *Tum*) *Scylla*, *ipsa regis filia*,

Σκύλλα γυνή κατακᾶσα καὶ οὐ ψύθος οὐνοῖ' ἔχουσα,  
πορφυρέην ἤμησεν ἄπο κρέκα.

Ut fortasse tota haec de bello Megarico narratio quatuor vel quinque versibus absoluta fuerit. Non opus erat nomine Nisi. Quod supplendum lectoribus ex recordatione fabulae relinquatur, ut faciunt docti poetae. At *Scyllae* nomen, ut significavi, eleganter potuit bis poni: *Scylla*, quae vero nomine *Scylla*, h. e. canis, quippe impudens atque inverecunda. Testibus Bentleii praeter Suidam v. *Κατακᾶσα*, et Philemonem Lex. Technol. v. *Ψύθυρ* p. 210. ed. Osann. cum Favorino in ead. v. addatur Etymol. Gud. ubi semel *κατακᾶσα*, quod verum videtur, semel *κατακῶσα*, p. 304. et 574, 20. *ψύθος* testes omnes, Etymol. Gud. semel *ψύθος*; mihi semper arrisit correctio Hemsterhusii, *ψυθές*. Quod ἀπό cum tmesi e coniectura restitui, nam vulgo apud Suidam π. ἤμησε κρέκα legitur, ἀπό in tmesi aliquoties habetur apud Callimachum, h. Iov. 44. h. Cer. 76. Fragm. CL. Fragm. LXXI. 6. CXXVIII. 1. ἤμησε similiter Hesiodus Theog. 180. 1. φίλον δ' ἀπὸ μήδεα πατρὸς ἐσσυμένως ἤμησε. Non recte, si vera sunt quae disputavi, Fragmentum CLXXXIV. de altera Scylla accipiunt Hemsterhusius, Blomfieldius gloss. in Aesch. Agam. 1204. Boissonadius in Callim. p. 204. Neque in se ea opinio, si quid video, multum probabilitatis habet. Non putem Callimachum poetam, si hanc cecinerit alteram Scyllam, eam sequutum fuisse historiam, quam pro antiqua fabula supposuerunt Heraclitus, Fulgentius, iciumi fabularum interpretes, et ex poetis is qui varietatem huius fabulae

omnem cum explicationibus fabulae excutit, Ciri v. 77. Sin autem illud tantum notum tradiderit Callimachus, rem habuisse Scyllam cum Neptuno, non erat cur *κατακᾶσα* diceretur propterea. At bene dicitur *κατακᾶσα* Scylla Nisi, quae sua libidine patrem perdidit ac prodidit.

Fortasse etiam longius progressus Callimachus, aliquid eorum, quae extra ambitum Hecales, praedixit. hoc modo: interfecti Androgei poenas repetentem Minoem primum Megara cepisse, deinde vexatis diuturno bello Atheniensibus crudele tributum imperasse, quotannis deflendum civi, *donec Labyrinthum reclusit, et χαλεπὸν μύκημα καὶ ἄγχιον νῆα Πασιφάης*, ut mea faciam verba ex hymno in Delum v. 310. Callimachi, *extinxit ac sustulit novus heros vindex*. Sive, ut ab alio colorem mutuemur orationis poeticae: donec *lamentabile Athenae pendere desierunt Thesea laude tributum*. Aptum huic praedictioni concludendae erat Fragm. CCXII.

*καὶ τὰ μὲν ὡς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέεσθαι.*

Etsi fatendum est eum versum etiam aliis Hecales locis aptari, vel ad carmen referri posse aliud. Sed tamen quaecumque epicae speciem gravitatis prae se ferunt fragmenta Callimachi, facilius ac melius ad Hecalen poema, quam ad aliud, referentur. Quantum Callimachus temporis interfuisse inter Hecalen et expeditionem Cretensem putaverit, nullo mihi quidem indicio constat. Ex hymno in Del. l. l. id tantum efficitur probabili modo, fuisse tum Theseum pueris, *παιδεσσω*, quos reducebat, maiorem. *ἤμελλε*, quod Homericum non est, si discesseris a Zenodoti Iliad. XII. 34. scriptura, Callimachus hic et in h. Del, 58. auctoritate dixit Hesiodi, suo aliorumque eiusdem scholae more, sermonem poeticum, cuius in universum Homericam dictio fundamentum est, undecumque verbis formisque verborum non Homericis locupletandi: de quo more non opus est ut ad omnia singula moneam. Statuo autem cum aliis, Ruhnkenio, Spanhemio ad h. Apoll. 105. Gerhardo Lect. Apollon. p. 8. Weichertō de vita

et carm. Apollonii Rhod. p. 55. haec plano ipsa verba fuisse Callimachi: *καὶ τὰ μὲν ὡς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέσθαι*. etsi qui conservavit hoc fragmentum, vetus interpres Apollonii Rhodii, eius testimonium ita comparatum est, ut aliquid admittere dubitationis videri queat. Haec enim est ad Apollonium, ubi hic versus exstat I. 1309. *καὶ τὰ μὲν ὡς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέσθαι*, interpretis graeci annotatio: *Καλλιμάχου ὁ στίχος*. vel, quod idem est, in Schol. Parisinis: — *στίχον εἶναι φασὶ Καλλιμάχου*. Id aliquis ita acceperit, apud Callimachum non eundem versum, sed tam similem fuisse, ut idem esse videri posset. Verum hoc si voluisset interpres Apollonii, sic, puto, scripsisset: *ἀπὸ Καλλιμάχου ὁ στίχος*, et addidisset ipsum versum Callimachi. Certe sic accuratius: ut in re simili interpres loquitur Aristophanis Acharn. 891. (885). Sic Apollonium congruere cum Callimacho supra p. 546. vidimus. Haec olim furta (cf. Bentl. ad Fragm. CXXIV.) appellabant, nos imitationes solemus, vel, mitissimo omnium vocabulo, *reminiscentias*. Et in Apollonio, bono poeta, omnino non tulerim furti appellationem, facilius in Nonno: quamquam ne in Nonno quidem, si furta dicas ea, quae quis sua coactus inopia, et quae clam abstulerit. Necessitas spoliandi Callimachum nulla ei erat, apud quem ipsum et copiam verborum, et magnam facilitatem versus faciendi fuisse manifestum est; neque clam esse Nonnus, quod imitaretur Callimachum, sed magis suam doctrinam ostentare scite intexendis vocabulis, membris, hemistichiis Callimachi, doctissimi poetae, voluit. Ut eo loco, propter quem haec disputata sunt, quem locum debemus Ruhnkenii Epist. crit. II. p. 186. diligentiae: V. 211. *καὶ τὰ μὲν ὡς ἤμελλε γέρον χρόνος ὀψὲ τελέσσει*. Addo alterum, in quo aequae aperta, vel magis, imitatio Callimachi: XX. 142. *καὶ τὰ μὲν ὡς ἤμελλε μετὰ χρόνον ὀψὲ τελέσσειν Βάκχος ἄναξ*. Evang. Ioann. XVI. 3. *καὶ τὰ μὲν — — τελέσουσιν*. Similia iam apud Homerum, ut Iliad. XII. 34. *ὡς ἄρ' ἔμελλον ὄπισθε*

Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων θησέμεναι. Apollonii haec observavi ad versum Callimachi partim idem sonante versus initio, partim sententia accedentia: II. 528. καὶ τὰ μὲν ὡς ὑδέονται. IV. 618. καὶ τὰ μὲν ὡς κείνοισι μετ' ἀνδράσι κεκλήϊσται. IV. 1216. ἀλλὰ τὰ μὲν στείγοντος ἄδην αἰῶνος ἐτύχθη.

Praeter haec nullum, quod Capiti II. attribuiam, fragmentum praesto est. Nisi de tauro per Atticam, aut ante per Cretam, grassante accipere placeat Fragn. CCCCXXXIV. Ἦν' ἔλληρα πολλὰ τέλεσκεν. Quod nos ad Caput VI. differimus.

Sed antequam ulterius progrediar, illa prius a me scriptorum correctio, quam paullo ante p. 547. 8. proposui, admonet, ut de alio loco, quem Cap. IX. p. 20. tractavi, diversam ab illa mea priori sententiam proferam. Accidit mihi, dum contra falsas Toupii sententias disputo, ut illud quoque, quod recte observatum in iis sententiis videatur, una cum falsis reiicerem. Verba sunt Suidae: Στόρησι. ζῶναις. Αἱ δὲ γυναῖκες στόρησιν ἀνέστ(ρ)εφον. περὶ Θησέως. Hinc Toupius Emendat. in Suid. P. III. Vol. II. p. 197. (T. I. Lips. p. 441.) fragmentum sic a se dispositum:

αἱ δὲ γυναῖκες

[αὐτὸν μὲν] στόρησιν ἀνέστεφον,

ad Hecalen retulit. *Est autem hoc fragmentum Callimachi, opinor, in Hecale: ubi de Theseo a Creta post occisum Minotaurum reduce, et ab Hecale hospitio excepto agebatur. de quo Plutarchus in Theseo. Confer etiam Suidam supra v. Περιωγειρόμενοι Tom. III. p. 80. In his quid falsum sit, at longe falsissimum, apparet post ea quae de argumento ambituque Hecales carminis tam in Prolegomenis quam supra p. 540. sq. docuimus. At enimvero nihil, ut videtur, impedit, quominus in Hecale haec fuisse putentur eo loco, ubi victor redux cum devicto tauro Marathonio Theseus a civi-*

bus excipiebatur. Unus dubitationem iniiciat Suidas v. *Πε-  
ριαγειρόμενοι*, ubi quum mos veterum, floribus foliisque,  
vel etiam coronis atque zonis, victorem honorandi, ad Thesei  
aetatem referatur, qui e Creta reversus, occiso Minotauro,  
ita honoratus a popularibus fuerit, facile coniectura nascitur,  
ac nata est Toupio, ad idem tempus factumque pertinere,  
quod poeta apud Suidam altero loco dicit: *αἱ δὲ γυναῖκες  
στόρρησιν ἀνέστερον* Theseum. Quod si est, nihil commune  
huic fragmento cum Hecale erit. Si sit in Hecale ponen-  
dum, et quidem C. IX.; statuendum erit, quod cur statui posse  
negem nullam caussam video, cuius moris originem Suidas,  
alio teste, ad reditum ex Creta retulerit, eius mentionem  
factam a Callimacho esse in facto priori, victoria Marathonica.  
Quid horum Ruhnkenius senserit in Epistolis a Tittmanno  
editis p. 21. incertum est. Nihil ille nisi fragmentum poetae,  
*αἱ δὲ γυναῖκες στόρρησιν ἀνέστερον*, profert, monetque ad-  
dere Suidam *περὶ Θησέως*: *ut nihil dubites, quin ex Hecale  
sumptum sit. στόρρην* Lycophro v. 1350. cingulum Hippo-  
lytes. *ἀνέστερον* annotavi ex Plutarcho Thes. c. 22. de ca-  
duceatore, qui missus Athenas, ut Thesei adventum ex Creta  
redeuntis nunciaret, quum coronis exciperetur, iis coronis non  
se, sed *τὸ κηρύκειον ἀνέστερον*.

Denique ut mea ipse vix ante scripta elevem, antequam  
alius id facere aggrediatur, versum maxime illum, *καὶ νήσων  
ἐπέτεινε βαρὺν ζυγὸν ἀνχέρι Μίνως*, alii cuidam narrationi  
locoque aptari posse fatendum est. Eum quod aliquando  
cum versu: *Σκύλλα γυνὴ κατακᾶσα καὶ οὐ ψ. οὐ. ἔ.* et cum  
isto: *πορφυρέην ἤμυσε κρέκα*, coniunctum, subiectis iis,  
quae ex Aetiis in Callim. Fragm. V. narrantur, in Aetiis col-  
locabam, quam in rem Ovidium, sequentem, ut tum videba-  
tur, Callimacheae narrationis vestigia, Metam. VIII. 6 — 262.  
comparabam: id nunc mitto tamquam parum probabile.  
Apparet, quum amantissimus fabularum antiquarum fuerit,  
et tamen non scripserit longa carmina, raro magnas, h. e.

magno ambitu et vario argumento fabulas, cuiusmodi est fabula Minois, uno Callimachum loco pertexuisse atque absolvisse. Plerumque partes fabularum, per se constantes aliquo modo, quas deinde inter se neectere in unum diligens lector, cogitandoque efficere, quid de toto fabulae complexu sensisset Callimachus, poterat, in diversis carminibus, vel in diversis locis eiusdem operis ferebantur. Vel eandem fabulam, partemve fabulae, uno loco data opera explicatius tractaverat, altero perstringebat obiter. Ut Molorchi historia fortasse *Ἀλτιων* fuit hac quaestione: *quando et qua occasione instituta Nemea fuerint, vel cur in Nemeis victores tali quadam corona coronentur.* Nullamne igitur Callimachus alterius narrationis, magis celebratae antiquitus, de institutis propter Archemorum Nemeis, mentionem fecit? Nullam, puto. Certe fecisse Callimachum non constat testimoniis. Nisi peracta Molorchi historia, renovata illa altera occasione Nemea esse obiter adiecerit, quemadmodum adūcit Probus, vel aliquid ea occasione in Nemeis novatum esse. Quo testimonio Scaliger ad Propert. II. 54. (25. ed. Scal.) probabat, Callimachum *Nemea ad Archemori exequias* tractasse in Aetiis, ipsius Propertii, id testimonium nullum est, si quidem Propertius, ut apertum est, v. 57. sqq. non *Ἀλτιων* argumenta, sed Thebaidos alicuius argumentum atque imaginem describit. Rursus Molorchi in Hecale mentio si non facta est, certe potuit fieri obiter. Etsi pro certo hoc tantum dabimus, observatum Molorchum Callimacho esse Hecalen scribenti. De Aetiis quaestionem nunc ea de causa attigi, ut monstrem, fabulas inserendi ad Minoem spectantes occasionem non unam fuisse in Aetiis. Eius operis argumentum ambitumque quum supra modum auxisset atque extendisset Salmasius Exercit. Plin. p. 601. b. G. qui *fabularum omnium origines et causas* exposuisse Aetiorum opere Callimachum scribit, et rursus idem opus quum finibus iusto arctioribus circumscripsisset Salvagnius ad Ovidii Ibin v. 57. qui dicit eo poematio, nam

poemation vocat, Callimachum complexum esse *sacrorum ritus et causas*, sapientissime Hemsterhusius ad Propert. p. 950. 951. ubi etiam de ingenio operis aliquid in univcrsum monet, recte ille negans morosum atque obscurum opus Aetia fuisse, ita breviter: *in illo Poëmate, ubi Veterum fabularum morumque rationes exponebantur.* cui definitioni qui cum Buttmanno de Cydippe p. 142. Mythol. II. *rerum quarundam naturalium causas* addiderit, habebit fere capita sive genera, sub quae revocet Callimachi Aetiorum fragmenta tum ea, quae in Actiis fuisse diserte testantur grammatici, tum alia non pauca, quae in opus illud indicio satis certo recipias. Sic, ut unum statim proferam, quod totum est in coniectura positum, quae narrat Apollodorus III. 15, 7. extr. egregium constituunt *Αἴτιον: cur in Paro insula Gratiis sine tibiis et coronis sacrificent.* Iam huic narrationi, quae subiectam Minoi insulam Paron, inde Minoam dictam, spectabat, aptus versus: *καὶ νήσων ἐπέτεινε βαρὺν ζυγὸν ἀρχέει Μίνως*, neque ineptum ad eandem est Callim. Fragm. CCCLXVIII. Deinde aliud *Αἴτιον* fuerit *maris appellatio Icarii*: Callim. Fragm. V. Nam *cognomina prisca locorum*, ut verbis Romani Callimachi IV. 1, 69. utar, cecinisse hic illic in Aetiis Callimachum, et sponte quisque coniciat, et sunt fragmenta quae persuadeant. ut quum nomen explicabat *Zanclæ*: Fragm. XXII. et CLXXII. coll. Steph. Byz. v. *Ζάγκλη*. Scyllam Nisi cum versibus *Σκύλλα γυνή κατακᾶσα* etc. et *πορφυρέην ἤμησε κρέα* et fortasse cum illo quoque, *καὶ νήσων ἐ. β. ζ. ἀ. Μίνως*, ubi inserere posset, plures loci occasionesque erant, quas indicabo, non ut de pluribus unam lector eligat, nulla enim ex omnibus sua quadam probabilitate commendatur: sed ut exemplis doceam, qualia cogitare *Αἰτίων* argumenta liceat. Igitur licet *Αἴτιον* cogitare, auctore Ciris et Ovidio Metam. VIII. 151. praeuentibus, hoc argumento: *unde κερκίς dicta*: vel hoc: *cur haliaetus inimicus cirii.* Vel occasione ab nomine loci desumpta: *unde Scyllacum di-*

ctum. Quod si quis obiiciat, *Scyllaei* appellationem promontorii ita fuisse tritam omnibus, ut eam vix dignam explicatione habuisse doctus poeta Callimachus videatur, reputandum est, si cupidissime Callimachus obscuras fabulas, reconditas, ex situ antiquitatis eruerit, non sequi necessario, ut notas celebratasque ab aliis fabulas studiose evitaverit. Duo quum proposita sibi haberet, doctrinae ostentationem et narrandi dicendique elegantiam, aliae fabulae ipsa obscuritate sua alliciebant poetam, atque harum magnum fuisse in Aetiis numerum puto; aliae, notae, vel tractatae aliis, pulchritudine sua ad scribendum invitabant, et quod aliquid ab aliorum narratione diversum inserere vellet, vel nova tractatione suoque dicendi genere delectaturum se esse confideret. Qua in re perinde erat, utrum huic an illi quaestioni narrationem suam annexerit. Immutare paullulum quaestionem Callimachi licebit, si quid veri insit in Tzetzae ad Lycoph. 65o. observatione, quam non statim expedio, a tracta Scylla nomen inditum parti cuidam, τόπω, maris esse. Haec quo consilio a me disputata sint velim lector meminerit. Mihi quod versum: καὶ νήσων ἐπέτεινε β. ζ. αὐχ. Μίνως, et illos: Σκύλλα γυνὴ κατακᾶσα etc. πορφυρέην etc. attinet, mea nunc supra enarrata sententia, qua illa Hecalae assignavi, probatur. *Purpuream* comam etiam Propertius dicit.

### III.

Si vera sint, quae de Fragmento CCXII. disputavi, digna poesi epica conversio, aptusque ad heroem carminis Theseum transitus erat: καὶ τὰ μὲν ὡς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέσθαι. Tunc autem aliud ante manus erat, quo iuveniles vires experiretur, Theseo: taurus Marathonius. Cui illa non approbaverim, is alium excogitabit modum, quo ad Theseum conversa fuerit narratio.

De Thesei pueritia, primaque adolescentia, aliquid insertum fuisse, ubi primum poeta producebat Theseum, tum quivis per se ipse coniecerit, tum fragmenta nonnulla suadent, quae sponte quasi eum in finem inter se coeunt. Primum ponimus, Plutarchi *Thes. c. 3.* indicio: *Θησέως τὸ μὲν πατρῶν γένος εἰς Ἐρεχθέα καὶ τοὺς πρώτους αὐτόχθονας ἀνήκει· τῷ δὲ μητρῷ Πηλοπίδης ἦν*: quo etiam cap. 19. narrata de ἀνεψιῷ Thesei Daedalo adhibenda sunt, Fragmentum *Hec. LXI\**. Narrant Scholia HomERICA ad *Iliad. II. 547.* de ortu Erechthei, regis Atheniensium, *τοῦ καὶ Ἐριχθονίου καλουμένου*, genitum esse a Vulcano, notam fabulam obscenam, eiusque rei in fidem testimonium addunt Callimachi:

*ἱστορεῖ Καλλίμαχος ἐν Ἐκάλῃ.*

*ἐν Ἐκάλῃ* scholia tantum minora, s. Didymi, adiectum habent, et quod ego addo, Spanhemio ad Callim. *Fragmenta* a se collecta p. 588. VII. ed. Ern. testante, *Schol. MSS. olim Is. Vossii*: ut nihil dubites quin recte sit adiectum. Igitur Callimachus, dum prosapiam laudat Thesei, consistens paulisper in auctore generis, de Erechtheo sive Erichthonio, vero Autochthone, miram attigit fabulam. Ut exspectari poterat a docto poeta. Etsi nec diu moratum esse in hoc argumento poetam, et modeste, per ambages quasdam, verbis exquisitis, obscenam rem adumbrasse puto. Ut in rebus naturalibus enunciandis Callimachus, ubi veterum simplicitas fabularum reddenda erat, non fuit anxius et supra modum verecundus, quod ostendit hymno in Iovem v. 15. sqq. 44. ita nec libidinosus poeta fuit. Quem libidinosum merito dixeris, Nonnum, ex eius hac de re locis erui posse, detracta ea, quae propria Nonno, luxuria, verba putaveram, quibus fere rem declarasset Callimachus. Sed nihil certi efficio. Inter cetera comparetur Nonnus XIII. 171. sqq. XXVII. 110. sqq. XXIX. 535. sqq. XLI. 63. sq. Veluti quod de posteriore Erechtheo apud Nonnum, id apud Callimachum similiter

de Theseo dictum fuerit: *καὶ γὰρ ἔκλεινον αἴμα φέρειν περίπυστον Ἐρεχθίδος, ὃν ποτε* — et quae alia ludas similia. Quam nominis Erichthonii etymologiam, *ὡς ἀπὸ τοῦ ἐρίου καὶ τῆς χθονός*, scholia Homeri, cum aliis communem testibus, habent, quacritur an ex Callimacho habeant. Quod ego affirmare non audeo. Alibi quidem sic solet *ἐτυμολογεῖν* Callimachus, ut, quae statim in manum exempla veniunt, h. Iov. 44. 5. h. Apoll. 97—103. h. Dian. 197. sq. h. Del. 37. 8. Fragm. ap. Etymol. p. 372, 4. quod Callimacho Hemsterhusius ad Callim. p. 423. ed. Ern. vindicat, et haud dubie saepius in Aetiis; ut ipsius nomen interpretatus est *Hecales*. Caeterum Pallantidae Theseum genuinam esse Erechthidarum progeniem negabant: Plutarch. c. 13. Quo pertinet quodammodo scita Pausaniae VII. 17, 7. observatio, quod ad Erechtheum genus referatur Thesei, id non proprie accipiendum esse: *τὰ γὰρ ἀρχαιότερα ὀνόματα ἐς ποιήσιν ἐπάγεσθαι τῶν ὑστέρων καθεστηκός ἐστιν Ἑλλήσιν, καὶ Ἀμφιάραόν τε καὶ Ἀδραστον Φορωνείδας, καὶ Ἐρεχθίδην ἐπονομάζουσι τὸν Θησέα.*

Deinde apud Pittheum avum educatum fuisse Theseum Callimachus tradiderat. Fragm. a Spanhemio collect. p. 406. XXXVI. ed. Ern. Fragm. Blomf. DIV. ex Schol. Euripidis in Hippol. 11.

— *παρ' αὐτῷ (Pittheo) δὲ, φασὶν, ὃ Θησεὺς ἐπαίδεύετο, ὡς καὶ Καλλιμάχος μαρτυρεῖ.*

In Hecale, ut conicit Blomfieldius. Quod et res suadet, si quidem nusquam id potuit aptius Callimachus quam in Hecale, et omnino veteri Euripidis interpreti, non huic, a quo nunc concinnata scholia habemus, sed antiquiori, ad manum Hecalen fuisse, quum commentaretur in Hippolytum, duo, praeter hunc, in scholiis ad eam fabulam prostantes loci Callimachi ostendunt, quorum unus diserto testimonio, alter a nobis indicio ex re satis certo ad Hecalen refertur. *παρ' αὐτῷ* scripsit A. Matthiae, cuius etiam coniectura est *φασὶν*.

vulgo: παρ' αὐτῆ δὲ, φησὶν — unde Barnesius fecerat παρ' αὐτῆ (Aethra) δὲ, φησὶν Πλούταρχος (Thes. c. 4. et 6.), ὁ Θ. ἐπαίδ.

Sequitur Troezeniis maxime propria, ut refert Pausanias, sed late inde divulgata historia. Aegeus Troezene abiens, compressa Aethra, Pitthei filia, gladium sub saxo abdiderat et calceos, πέδιλα, κρηπίδας, γνωρίσματα εἶναι τῷ παιδί, quae sunt Pausaniae I. 27, 8. verba: hoc mandato, Plutarcho aliisque testantibus, ut Aethra quem peperisset puerum, si posset adultus attollere saxum et auferre ista, ipsi hisce cum signis mitteret. Fragm. LXVI.

ἐν γὰρ μιν Τροιζῆνι κολουραίῃ ὑπὸ πέτρῃ  
Θῆκε σὺν ἀρπίδεσσιν.

μιν, gladium; et sermo est de Aegeo. Quae verba suam ipsa sibi sedem in Hecale poscunt, ut recte a Bentleio inter fragmenta Hecales relata sint, etsi qui conservaverunt hoc fragmentum, Tzetzes, alii, omnes tantum *Callimachum* laudant, non *Callimachum in Hecale*. Tzetzae duo loci huc pertinent, confusi casu aliquo apud Bentleium, p. 79. et p. 167. ed. Bas. ad Lycophr. v. 494. et 1522. Utrobique vulgo ἔργα δὲ μιν τρ. legitur, vel, posteriore quidem loco, si fides Müllerero, ἔργα μιν τρ. ἐν γὰρ μιν Bentleius ex Etymolog. M. v. Ἀρπίς, ubi haec tantum: ἐν γὰρ μιν Τροιζῆνι Θῆκε σὺν ἀρπίδεσσιν. Vulcanius in Fragmentis Callimachi ex Etymologio collectis p. 170. vel p. 550. ed. Ern. sic laudat ex Etymologico: Ἐν μὲν γὰρ τροιζῆνι Θῆκε σὺν ἀρπίδεσι: unde pentametrum excudebat T. Faber: ἦν μὲν Τροιζῆνι Θῆκε σὺν ἀρπίδεσι. Sylburgius ad Etymol. hexametrum faciebat: ἐν γὰρ μιν Τροιζῆνι σὺν ἀρπίδεσσιν ἔθηκε, vel pentametrum: ἐν γὰρ Τροιζῆνι Θῆκε σὺν ἀρπίδεσι. Scilicet ignorabant plenius haec apud Tzetzen legi. Hemsterhusium quid commoverit, ut, postquam inventa a Bentleio veritas esset, aliud tentaret: ἄορα μὲν Τροιζῆνι κ. ὅ. π. etc. non expato. Non crediderim in tmesi, ἐν γὰρ μιν Τροιζῆνι, haesisse Hemster-

hūsium. non latebant enim, puto, virum summum Callimachea haec: h. in Iov. 10. ἐν δέ σε Παρθασίῳ (η) h. Apoll. 74. ἐκ μὲν σε Σπάρτης ibid. 75. ἐκ δέ σε Θήρης h. Del. 189. τὸν εἶν ἐτι γαστέρι μάντιν — quod pronunciarie coniuncte licet, εἶνέτι γ. ut dictum ad similitudinem dictionis non inauditaē Homeridis, sed magis Alexandrinae, ἐξέτι cum genitivo: ἐξέτι κείνου h. Apoll. 47. (coll. 104.) h. Del. 275. et Apollonii locorum tum aliorum, tum huius qui totus est Callimacheo h. Apoll. 47. 48. par atque geminus: ἐξέτι κείνου, ἐξ οὗ ἄναξ IV. 430. 1. Vulgatum τὸν εἶσέτι γαστέρι μάντιν neque adhibitus ab Ruhnkenio Nonnus XLVII. 698. neque Valckenario de usu dativi apud Callimachum observata ad Eurip. Hippol. 744. satis tuentur. Epigr. LIV. (LV.) 1. ποτὶ γὰρ μία ταῖς τοισὶ κείναις Epigr. LIX. (LX.) 2. νίκης ἀντί με τῆς ἰδίης Fragm. CCXIII. ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἰμβρασε Παρθενίου Fragm. CCCCXXVIII. ἐκ με Κολωνάων ex emendatione Buttmani. Et illud inprimis frequentatum Callimacho, aliis: ἐν κοτε παρθαλίῃ, ἐν ποκα Θήβαις (al. ἐκ ποκα Θήβας), ἐν κοτε Τιμόλω, ἐν ποκ' ἄρα Σπάρτα, similia, h. Dian. 238. Lav. P. 57. Fragm. XCIII. 1. Theocrit. XVIII. 1. Leonidas Tar. LXI. 1. Antipater Sid. XXVII. 1. LXXVIII. 1. CVII. 3. Archias XXI. 1. Epigr. incert. CLVII. 1. Cf. Callim. Epigr. LVIII. 1. Τῷ με Κανωπέτα Fragm. CXCf. τὸν με παλαιστρίτην ὀμόσας — φιλήσειν. Quibus specie simillimum, at re vera multo est insolentius dictum Fragm. CXVIII. 2. τὴν οἱ φασὶ τεκόντες, quod Schaeferus ad Schol. Apollon. Rhod. p. 381. iure miratur, ferendum tamen. Ex alio genere est τὸν αὐτὸν ἐμέ et τὸν σὲ Κροτωπιάδην Fragm. CCCXV. ad quod nunc conf. Apollonius de Syntaxi p. 59, 22. ed. Bekker. de Pron. p. 275. A. et Anecd. Bekker. II. p. 923, 5. et, quod recte Iacobsius ad Anthol. Palat. Not. crit. p. 232. hac Callimachi auctoritate tuetur, τὸν με κύνα ap. Onesten (Anal. Br. II. p. 291.) X. 4. Quum semel hanc quaestionem attigerim, alia traiectionis verborum exempla Callimachea accumulabo

promiscue. H. in Del. 156. οὐδ' ἦτις Κέρκυρα φιλοξενωτάτη ἄλλων. cf. Fragm. CLXIV. ἀλλὰ θεῆς, ἦτις με διάκτορον ἔλαχε Παλλάς. H. Dian. 18. 9. πόλιν δέ μοι ἦντινα νεῖμον, ἦντινα λῆς· quod cum duobus Antonini Liberalis locis, quibus abusus fuerat Ernestius, expeditiv Hermannus ad Viger. p. 710. In eodem hymno v. 81. rarum est, nisi fallor, in medio insertum εἰ δ' ἄγε. H. Cer. 96. πολλάκι esse διὰ μέσου animadvertit Ernestius: βαρὺ δ' ἔστενον αἱ δὴ ἀδελφαί, ἧ μαστὸς τὸν ἔπνε, καὶ αἱ δέκα πολλάκι δῶλαι. cf. h. Del. 119. Fragm. CCCCXLV. οὐδ' ἔθεν, οἶδεν, ὀδεύει, θνητὸς ἀνῆρ. Nonnulla habet hoc in genere ab usitata simplicitate epica recedentia Moschus, Megaræ auctor: v. 45. σὺ δ' ἦ ὅτε λείβειαι ὕδωρ. v. 56. τὰ δέ οἱ θαλερώτερα δάκρυα μῆλων. v. 91. πρὸς δ' ἔτι μ' ἐπτοίησε διὰ γλυκὺν αἰνὸς ὄνειρος ὕπνον. In Theocriti versu III. 21. τὸν στέφανον τῖλαι με κατ' αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς, non, ut vulgo, puto, accipitur cum Valckenario, κατ' et τῖλαι, quod qui legendo reddere volet, insuavem fieri caesuram sentiet, sed cum Heinsio iungo κατὰ λεπτά: non tamen ut αὐτίκα ad ποιησεῖς referam, quod Heinsius volebat, sed ita: κατ' αὐτίκα λεπτά, ut extemplo fragmenta fiant, in augenblicks kleine Stücke. igitur hic nulla est traiectione. cf. Callim. h. in Del. 88. τὸν αὐτίκα πότμον. Denique ad quaestionem de traiectione artificium Callimachi, nam Callimacho puto artificium fuisse, in praepositione semel ponenda, et quidem cum secundo nomine coniuncta, de quo post Ruhnkenium in Epist. crit. ad h. Apoll. 8. praeter alios Boissonadius in Callim. p. 195. pertinet. et copula non suo loco collocata: h. Dian. 24. ὅτι με καὶ τίπτουσα καὶ οὐκ ἤλγησε φέρουσα. h. in Del. 524. παίγνια κούριζοντι καὶ Ἀπόλλωνι γελαστύν. Epigr. XXXI. (XXXII.) 3. ὀστέα σοι καὶ μούνον ἔτι τρίχες· quam Valckenarius Callim. Eleg. Fragm. p. 24. iniuria verborum σύνθεσιν non Callimacheam dicit. Ad refutandam obiectionem alteram, graviorem illam, quam ab re petit Valckenarius, annotatum habebam,

quod nunc occupatum ab Iacobsio in Anthol. Palat. Not. cr. p. 746. video, exemplum Theocriti XIV. 3. 4. Approbatam aliis coniecturam Valckenarii, ὄστ' ἔα σοι καὶ θινὸς ἕξ', οὐ τρίχες· mihi primum insuavis caesura suspectam reddidit. Idem ex Epigr. XXXI. defendo atque explico Epigr. Callim. XXV. 3. λοξὸν ὄφιν καὶ μῦνον ἔχων ξίφος· nihil uisi anguem et gladium. non γυμνόν, ut coni. Brunckius.

Ut ad Theseum redeam, vel potius ad Aegeum et saxum illud, error est, ex male lecto Tzetze natus, quod ad Lycophronis v. 494. in scholio Par. B. apud Bachmannum traditur, *Κολουραῖαν* eam petram Callimachum et Plutarchum appellare. Nihil eiusmodi Plutarchus, neque hoc nomen fuisse proprium videtur. Etsi hoc, proprium fuisse nomen, et terminatio usitata in nominibus gentilibus *αιος* facile alicui persuadeat, et Tzetzen credidisse ex verbis eius colligas. At certe Suidas aliter: *Κολουραία πέτρα· κοίλη, κεκαμμένη, ἢ στρογγύλη. παρὰ Καλλιμάχου.* Et habet nomen proprium Pausanias II. 32, 7. 34, 6. *πέτρα Θεσείως ὀνομαζομένη;* ante Theseum, *πρότερον, Ιοῦς βιωμὸς σθενίου.* Explicationem Suidae priorem, *κοίλη*, Plutarchi saxi descriptio Thes. c. 3. commendat. Apud me, propter etymologiam, *κόλος, κολοβός*, et quod proximum, *κόλουρος*, explicatio de tribus apud Suidam media praeualet, *κεκαμμένη*, h. e. saxum abruptum, incurvatum ac propendens in unam partem. Quae etiam saxa facilius attolluntur, vel attolli posse videntur, quam quae aequali undique fundamento innixa paullatim in altum eriguntur. Hyginus ubi Engonasin sidus describit, quod, Hegesianacte auctore, Theseum repraesentet, Troezeno extollentem saxum, Poet. Astron. II. 6. *itaque niti videtur, inquit, ut quam altissime possit lapidem extollat.* Plutarchus cap. 6. *ὁ δὲ τὴν μὲν πέτραν ὑπέδυ, καὶ ῥαδίως ἀνέωσσε.* Pausanias I. 27, 8. *τούτου δὲ εἰκῶν ἐν ἀκροπόλει πεποιήται τοῦ λόγου, χαλκοῦ πάντα ὁμοίως πλὴν τῆς πέτρας.* Cf. Winkelmann. Monumenti ant. ined. Num. 96. Vol. I. ubi Win-

ckelmannus p. 130. verba adhibet Callimachi: *Κολουραίη ὑπὸ πέτρῃ, sub rupe cava.* Idem gemmas eo argumento ubi existent, monstrat in libro: *Description des pierres grav. du f. Bar. de Stosch, p. 326. sq.* Ad Callimachum Hesychii quoque glossam: *Κολουρῆη (αίη)· κολοβή νεωτάτη,* referebat Salmasius, valde probabiliter. Favorinus: *Κολουρῆη, κολοβή, νεωτάτη.* ubi *κολοβή* verum esse censeo: est enim *κολοβή* proba feminini forma, *κολοβός, ή, όν,* certe his grammaticis, ut Suidae v. *Κόλουρα* et v. *Κολούρια.* *νεωτάτη* corruptum puto. Appellative dici *κολουραίαν πέτραν, cavaum saxum* aut *incurvum,* iam sensit, Suidamque protulit contra Tzetzen, Meursius in Theseo cap. 3. extr. Non habeo quid faciam Stephani Byz. in v. *Αΐβουρα* verbis: *Κόλουρα Κολουραῖος, πόλις περὶ Πριήνην.* Quae Adr. Heringa in *Miscell. Obs. Crit. Nov. Tom. IX. init.* Suida Hesychioque et fragmento Callimachi adhibitis ita suspicabatur emendanda esse: *Κόλουρα Κολουραῖος, τόπος περὶ Τροϊζήνα, vel Τροϊζήνην.*

Fabulae quam narramus, hic fuit simplicissimus sensus, non ut manu Theseus gladium calceosque Athenas portaret, monstraretque Aegeo, sed ut primum inventa atque eruta sua faceret, indueret calceos s. crepidas, cingeret latus gladio, atque ita agnoscendum se offerret patri. Quem sensum dixi fabulae, obscure Plutarchus et Apollodorus significant, quum scribunt: *πέμπειν (Aethram) πρὸς αὐτὸν ἔχοντα ταῦτα, vel τότε μέτ' αὐτῶν αὐτὸν ἀποπέμπειν;* et Eustathius ad *Dionys. P. 1017. ἐλθὼν μετὰ τοῦ ξίφους καὶ τῶν πεδίλων τῶν πατρικῶν;* perspicue Plutarchus c. 12. ut taceam alios; nemo disertius quam Tzetzes, non bonus auctor, sed ubi per se bona tradit, non contemendus, ad *Lycophr. 494. τῇ δὲ Αἶθρα ἐπιέλλεται, εἰάν υἱὸς ἔξ αὐτῆς γεννηθῆι, δεῖξαι αὐτῷ τὴν πέτραν, καὶ λαβόντα τὸ ξίφος, καὶ ἐνδυσάμενον τὰ ὑποδήματα, ὅταν αὐτῷ ἐφαρμόσωσι, καὶ δυνηθῆι κινῆσαι τὸ ξίφος, πλεῖν εἰς Ἀθήνας, ὃ καὶ ἐποίησεν ἀξήθεις, διὰ γνωρισμὸν τοῦ πατρός.* Hinc credibile est, aliquid de eius gladii forma, vel etiam

magis de origine, memorabile cecinisse antiquitatem, idque non defuisse apud Callimachum, cuius ipsa verba, ἐν γὰρ μιν Τροιζῆνι-Θῆκε σὺν Ἀρηιδέσσιν, suadent, ut de gladio in praecedentibus aliquanto dictum fuisse uberius conii-  
 cias. ξίφος dicunt plerique, Plutarchus semel μάχαιραν, c. 12. ἀσκήρας — καὶ φασγάνου ζωστῆρα καὶ ξίφος πα-  
 τρός Lycophro. Non multum tribuo testimoniis a Meursio de Regibus Atheniensium III. 1. collectis, Ovidii VII. 422. apud quem pater, Aegeus, in capulo gladii cognovit eburno  
*Signa sui generis*; Senecae, qui gladii possessorem, post Ae-  
 geum et Theseum, Hippolytum facit, Hippol. v. 899. Quae horum esse inventa poetarum dixeris. Gravius Hygini Poet.  
 Astron. II. 6. non neglectum ibi Meursio, testimonium est: *Hegesianax autem (Engonasin) Thesea dixit esse, qui Troe-  
 zene saxum extollere videtur: quod existimatur Aegeus sub  
 eò saxo Ellopium ensem posuisse, et Aethrae Thesei matri  
 praedixisse, et q. seq. ubi sane operae pretium est, in El-  
 lopiū ensem inquirere, praesertim quum eam in rem tam  
 bonum auctorem excitet Hyginus: nam quae adscripti, haud  
 dubie Hegesianacte auctore tradit omnia; Hegesianactem autem  
 intelligo eum, cuius mentionem Ptolemaeus nobili in Aratum  
 epigrammate facit, et quem versu scripsisse de rebus coele-  
 stibus ex Plutarcho De facie in orbe lun. init. colligitur.*  
 Iam igitur Micylli et al. emendationi *Pelopium*, et Heinsii  
*Cecropium*, meam addideram, illis meliorem, quippe neque  
 a librorum vestigiis, in quibus *Elopium*, *Ellopii*, *Allopium*,  
*Hellopium* esse testatur Munckerus, et similia in Vossianis  
 suis Staverenus, nimis recedentem, et, quae altera in hoc  
 loco emendando observari debet conditio, idonea, rem quod  
 attinet, alius scriptoris auctoritate communitam: *Euboicum*  
 ensem: quum nulla opus esse emendatione, ac retinendum  
 esse, eadem significatione, ut *Euboicus* intelligatur, *Ellopiū*  
 sive *Hellopium* ensem animadverti. Strabo VII. p. 328. (505.  
 A. ed. Almel.) Φιλόχορος δὲ φησι καὶ τὸν περὶ Λαδώνην

τόπον, ὡς περ τὴν Εὐβοίαν, Ἑλλοπίαν κληθῆναι. Idem X. p. 445. (683. A.) καὶ Ἑλλοπία δ' ὀνομάσθη ἀπὸ Ἑλλοπος τοῦ Ἴωνος· οἱ δὲ Αἴκλου καὶ Κόθου ἀδελφόν φασιν, ὃς καὶ τὴν Ἑλλοπίαν κτίσαι λέγεται χωρίον ἐν τῇ Ὠρίᾳ καλουμένη τῆς Ἰστιαιώτιδος πρὸς τῷ Τελεθρίῳ ὄρει, καὶ τὴν Ἰστιίαν προσκλήσασθαι, καὶ τὴν Περιάδα, καὶ Κήρινθον, καὶ Αἰδήψον, καὶ Ὀροβίαν, — sequuntur de Ellopiensibus alia. Stephanus Byz. Ἑλλοπία, χωρίον Εὐβοίας. καὶ ἀπὸ τῆς ἢ νῆσος ἀπὸ Ἑλλοπος τοῦ Ἴωνος. τὸ ἐθνικόν, Ἑλλοπιεύς. Cf. Eustath. in Iliad. II. 538. p. 280, 30. Itaque docte Hegesianax *Ellopium* ensem dixerat, h. e. Euboicum. celebris fuit ferri atque aeris fabrica Euboica. Sed quod gravissimum, hoc ipsum, talem fuisse illum Aegei Theseique gladium, alius scriptoris testimonio comprobatur. Is scriptor Callimachus est, in Hecale, Fragm. LI. b. quod posuimus Cap. VIII, ἄρκιος, ἢ χεῖρεσσιν ἑλών Αἰδήψιον ἄορ. ubi quod Bentleius scribit, Αἰδήψιον ἄορ esse *quemvis* ferreum vel aeneum ensem; commune enim epitheton esse, ut Ἀγελαῶϊον ἴδωρ; id nunc aliter se habere videbitur, postquam duos antiquos scriptores vidimus consentientes in eo, ut *Euboicum* dicant illum Thesei gladium. Αἰδήψιον quo iure dicat Callimachus, incertum est. Nam aut prope Aedepsum nota ferri aerisque metalla erant, celebris fabrica, aut *Aedepsum* pro *Euboea* dixit, ut faciunt nonnunquam docti poetae, partem pro toto. In universum hoc tenendum, de quo tantum, quantum sufficiat, interpretes ad Stephanum Byz. v. Αἰδήψος: fuisse in Euboea ferri atque aeris metalla, et nota fuisse τὰ ψυχρήλατα τῶν ξιφῶν fabricae Euboicae. Laudatur Aeschylus Fragm. 360. Dind. λαβῶν γὰρ αὐτόθηκτον Εὐβοικὸν ξίφος. Nos nunc Callimachi ea de re locum, ab eodem Stephano v. Αἰδήψος conservatum, tractabimus, non quod meliorem habeamus Bentleiana emendationem, sed ut caveamus, ne quis forte hunc quoque locum ex Hecale de-sumptum esse suspicetur. Stephanus ita: — ἦν δὲ καὶ σι-

δηρᾶ καὶ χαλκᾶ μέταλλα κατὰ Εὐβοίαν. Καλλίμαχος· δαίδα  
 ἐν δὲ λάχαινε μὲν ἔργα σιδήρου. οἱ γὰρ Εὐβοεῖς σιδηροου-  
 ροὶ καὶ χαλκεῖς ἄριστοι. Ἐπαφρόδιτος δὲ μαρτυρεῖ, ἐκεῖ  
 χαλκὸν πρῶτον εὗρεθῆναι. καὶ πρῶτοι ἐκεῖ χαλκὸν ἐνεδύ-  
 σαντο οἱ Κούρητες, etc. Reliquimus verba Callimachi ut  
 exhibet Bentleius Fragm. CCCV. Bentleius satis probabi-  
 liter: δέδαεν δὲ λαχαινέμεν ἔργα σιδήρου. δέδαεν, *docuit*,  
 vel *scit*, *callet*, ut δεδάσιν Callim. h. Ap. 46. scil. Euboea,  
 ut puto. Atque habeo Dionysii Periegetae locum, in quo  
 iures Callimachi Dionysio obversari verba, ut sunt a Bent-  
 leio restituta, v. 769. Chalybes μογεροῦ δ' εδ' αηκότες ἔρ-  
 γα σιδήρου: sensu nonnihil diverso, si quidem Dionysio  
 ἔργα σιδήρου manifesto tractationem ferri, laborem qui partim  
 in effodiendo, partim in cudendo ferro (cf. Callim. Fr. CXXIX.)  
 cernitur, significat, at apud Callimachum ἔργα σιδήρου, propter  
 λαχαινέμεν, significabit ipsum ferrum, s. moles ferri, ea circuitio-  
 ne, de qua C. Rittershus. in Oppian. Halieut. I. 105. et ut unum  
 nomen de doctioribus, Valckenarius in Eur. Phoen. 206. In  
 Rehdigerano tamen post δαίδαεν lacuna est, sic, ut annota-  
 vit Passovius: Καλλ. δαίδαεν . . δὲ λάχ. Quo immi-  
 nuitur aliquo modo quae per se inest in Bentleii coniectura  
 veri similitudo: ut taceam vix intelligi, quo consilio haec  
 Stephanus verba Callimachi apposuerit, in quibus neque Ae-  
 depsi neque Euboeae mentio. Quare videndum, an lacuna  
 sit in verbis poetae, istae autem litterae δαι, quae est prior  
 Bentleii coniectura, significant δ' αἰ. hoc est, *quarto Αἰτίων*.  
 Aut, si αἰ pertineat ad verba poetae, sic: Καλλίμαχος δ',  
*Callimachus quarto*. ut alibi eidem Stephano breviter lauda-  
 tur Καλλίμαχος δευτέρῳ, Καλλίμαχος τρίτῳ, Καλλίμαχος  
 ἐν τετάρτῳ, scil. Αἰτίων. vel etiam Καλλίμαχος ἐν τρίτῳ,  
 Καλλίμαχος τετάρτῳ. nam utrumque licet, tam femininum  
 quam neutrum: cf. praeter I. Gronovium ad Steph. Byz. Fra-  
 gmentum p. 297. Vol. VII. Thes. Antiq. Gr. et Ernestium ad  
 Callim. Fr. XIII. Bastius Comment. palaeogr. p. 855. med. Etsi

Bentleium, qui expelli volebat femininum, nemo reprehenderit acriter: certe ipsum Stephanum tali in re fluctuasse non est veri simile. Utut scribantur, ex Aetiis esse verba illa, mihi persuadet Epaphroditi, quam statim subiicit Stephanus, commemoratio, quem quum ὑπόμνημα scripsisse in Aetia Callimachi constet, satis certa est argumentatio, in eo ὑπομνήματι etiam haec scripta, quae ex Epaphrodito refert Stephanus, et ad illum scripta fuisse Callimachi locum. Sic Fragmentum XIX. qui exhibet, Etymologus, primum verba ponit Callimachi, *Καλλίμαχος· ἡ μὲν ἀεργάζουσα μέγα τρύφος ὑψιζωνος ἄστυρον εἰσανέβαινε(βη),* tum haec: *εἴρηται δὲ παρὰ τὸ ἄστν ὑποκοριστικῶς ἄστυρον. οὕτω Θεῶν ἐν ὑπομνήματι τοῦ β' Αἰτίου.* Qua Theonis mentione commotus Bentleius recte Callimachi quoque versus secundo Aetiorum vindicavit. Denique de tertio Callimachi loco videndum, ubi Ἐλλοπιεύς. Stephanus v. *Σχοινοῦς: καὶ ὁ παρὰ Καλλιμάχῳ Ἐλλοπιεύς, παρὰ τὴν Ἐλλόπειαν, οὐ παρὰ τὸν Ἐλλοπα.* Verum hoc non dubito quin spectet ad Hymnum in Del. 20. *καὶ Μάκρις Ἀβαντιάς Ἐλλοπιήων.* Caeterum quid et quam longe Callimachus hoc capite Hecales, in quo nunc versamur, docuerit, non definiam. Sed tantum docuit, ut probe intelligeretur, quod infra commemoraturus erat, *Αἰδήψιον ἄορ.*

Adducit ad saxum Aethra filium, qui tum, Pausania I. 27, 8. teste, annum agebat sextum et decimum. Plutarchus c. 6. *ἐπεὶ δὲ μειράκιον ὦν ἅμα τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ διεφαιεν ἀλκὴν καὶ φρόνημα μετὰ νοῦ καὶ συνέσεως βέβαιον, οὕτως αὐτὸν ἡ Αἶθρα πρὸς τὴν πέτραν προσαγαγοῦσα, etc. Ὁ δὲ τὴν μὲν πέτραν ὑπέδυ, καὶ ῥαδίως ἀπέωσε.*

ἡ δ' ἐκόησεν,

τοῦνεκεν Αἰγείος ἔσκεν.

Callim. Fragm. LIII\*. Ita emendo, plus ego Ammonio tribuens, apud quem *τοῦνεκεν Αἰγαῖος ἔσχε,* quam Etymologo.

Et Etymologus quidem v. *Κοάλεμον* p. 524, 23. sic: ἡ δ' ἐκόη-  
 σεν, οὐνεκα γένος ἔσκειν · et sic in Fragmentis Vulcanii p.  
 175. vel p. 356. ed. Ern. Ut prorsus nesciam, unde malum  
 pedem intulerit οἶ, quod comparet in Fragam. Bentl. sic: τοῦ-  
 νεκέν οἶ γένος ἔσκει — Apparet hanc mixtam ex Ammonio et  
 Etymologico scripturam esse, inserta, versus caussa, non  
 optimo consilio, οἶ particula. Iam vero cur pluris faciam  
 Ammonium, quam Etymologūm, idoneam caussam habeo,  
 quod illum sua, et maxime mirum illud τοῦνεκεν, ab auctore  
 accepisse locupletissimo, pro certo habeo. Scilicet ut Am-  
 monium quae p. 106. de οὐνεκα et εἶνεκα habet, aut ex  
 Apollonii disputatione, quae est in Bekkeri Anecdosis II. p.  
 505. delegisse, aut ex alio, cui conveniret cum Apollonio,  
 supra p. 515. monitum est, eodem modo in his, quae p. 136.  
 de τοῦνεκα et οὐνεκα docet Ammonius, conspirat cum Apol-  
 lonio, et quasi pendet ab Apollonio p. 504. et 505, 1. Anecd.  
 Bekk. Verum Ammonius, ut solet brevis esse, verbo monere  
 de usu, et notare abusum Callimachi, τοῦνεκεν audentis pro  
 eo quod debebat οὐνεκα esse, satis habuit; Apollonius am-  
 pliorem doctioremque disputationem instituerat, cuius si verba  
 non licet, quia lacunis deformatus locus est, at ambitum li-  
 neasque licet quasi per umbram assequi. Equidem Home-  
 rica exempla agnosco duo, p. 504, 23. Odyss. XVI. 188. XVII.  
 288. tum alicubi lectum mihi, si recte sentio, versum pen-  
 tametrum, . . . . ἔνεκεν πένθος ἀπωμόσατο; denique ad lo-  
 cum devenit Callimachi, qui locus etsi non comparet, tamen,  
 quum tantum appareat ex iis quae supersunt, reprehendere  
 Apollonium usurpatum a Callimacho τοῦνεκεν pro οὐνεκα,  
 eundem Apollonius locum respicere censendus est, quem no-  
 tat Ammonius. Itaque τοῦνεκεν scribimus duplici, vel potius  
 una auctoritate, sed ea gravissima, Apollonii Ammoniique.  
 Etymologum existimo, quod suum unice ἐκόησεν in mente  
 haberet, pro insolito τοῦνεκεν, sive casu sive consulto, usi-  
 tatum substituisse οὐνεκα. Deinde Αἰγαῖος ἔσκειν vulgo apud

Ammonium, unde *Αἰγέος* emendatio longe facillima. At in Ammonii MS. Regio plane illud nostrum, sic: *Τούνεκεν Αἰγέος ἔσκεν*. si fides Ruhnkenio in Epistolis a Tittmanno editis p. 115. Sic restituta verba quum duplicem interpretationem admittant, unam hanc, recognovisse Aethram gladium Aegei crepidasque, haud dubie unice vera est altera: *Sensit Aethra, filium esse Aegei*. Non quod antea id ignorasset: ipsa enim gravidam se esse ex Aegeo sciverat, ac diserte Plutarchus: — οὕτως αὐτὸν ἢ Αἰθρα πρὸς τὴν πέτραν προσαγαγοῦσα, καὶ φράσσασα περὶ τῆς γενέσεως τὰ ληθῆς ἐκέλευσεν ὑφελεῖν τὰ πατρῶα σύμβολα, καὶ πλεῖν εἰς Ἀθήνας. sed cum acumine dictum: intellexit veram esse Aegei sobolem, agnovit in Theseo patriae documenta virtutis. Quam in sententiam, quum interdum grammatici brevitatis studio imperfectas relinquunt scriptorum quas laudant sententias, ut supra Ammonium *εἶνεκεν οὐχ ἔν ἄεισμα*, abrupta sententia, citantem vidimus, non ineptum fuerit, supplementum versus eiusmodi fingere: *τούνεκεν Αἰγέος ἔσκεν Ἐρεχθεΐδαο γενέθλη*. *Ἐρεχθεΐδαο*, vel etiam, ut est ὠνυγίων *νῆες Ἐριχθονιδῶν* in Epigrammate, *Ἐριχθονίδαο*: aut latiore significatione, pro *Atheniensi*, de quo modo dicendi Eustathius in Iliad. II. 547. sq. in Odys. VII. 81. et viri docti monuerunt passim; aut proprie, ut respiciatur ad derivatam ab Erechtheo s. Erichthonio originem Thesei, de quo supra. Cf. Apollonius Rhod. I. 101. *Θησέα δ', ὃς περὶ πάντας Ἐρεχθεΐδας ἐκέαστο. γενέθλη*, de uno, apud eundem Apollonium I. 135. apud Callimachum non memini me legere. Etsi quum etiam Etymologus in verbo *ἔσκεν* desinat, lubentius credo interpunctum fuisse post *ἔσκεν*. Praeterea, ut nihil celem, non tam certum est, quam dixi esse, compertum Aethram de partu suo, quod Aegei esset filius, habuisse. Suo more antiquitas, ut aliis, quorum maior ferebatur virtus, quam quae a patre insita videri mortali posset, deos genitores assignavit, ita Thesei natalibus

Neptunum admiscuit. Sic hoc dico ambigue, Neptunum admiscuit: de modo enim varie et iudicabitur, et fortasse iudicatum est antiquitus. Licebat sic: incertum esse, utrum Aegei magis an Neptuni filius dicendus esset Theseus. Vel sic, patrem re vera fuisse Neptunum, nomen praeuissé Aegeum, ut certissima Iovis proles, Hercules, tamen Amphitryoniades audit, et nonnunquam ita Amphitruoni attribuitur, ut verum fuisse Amphitruonem patrem diceret, nisi aliud nosset aliunde. veluti Theocritus Idyllio XXIV. nusquam diserte divinam originem prodit, si forte excipias versum 102. Denique sic licebat, patrem fuisse Aegeum, sed aliquid in Theseum gloriae ex eo redundasse, quod eodem tempore mater, et nocte eadem, amplexibus honorata Neptuni fuerit. Hyginus Fab. XXXVII. ita: *Neptunus et Aegeus, Pandionis filius, in fano Minervae cum Aethra Pittheci filia una nocte concubuerunt. Neptunus quod ex ea natum esset, Aegeo concessit.* Apollodorus III. 15, 7. et ex eo Tzetzes ad Lycophr. 494. τῆ δὲ αὐτῆ νυκτὶ καὶ Ποσειδῶν ἐπλησίασεν αὐτῆ, nihil illi addentes de concessione Neptuni, Neptuni filium diserte, et sine dubitatione, Theseum faciunt laudati Meursio in Theseo cap. 1. Diodorus Sic. IV. 59. Isocrates Encom. Hel. p. 234, 18. ed. Bekker. his verbis: — *Θησεύς, ὁ λεγόμενος μὲν Αἰγέως, γενόμενος δ' ἐκ Ποσειδῶνος,* et mox p. 235. extr. Cicero de Nat. D. III. 18. et 31. denique Aristides. Atque narratione de tribus Thesei votis, quam ex Euripide, Seneca Tragico, Cicerone, Meursius ibid. exhibet, eadem continetur sententia. Nihil in contrariam partem ex eo efficias, quod *Aegiden* appellat Theseum Hesiodus, Scut. H. 182. *Θησέα τ' Αἰγείδην, ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν:* cf. Hom. Iliad. I. 265. ubi eum versum praeter laudatum Heynio Dionem etiam Pausanias X. 29. extr. agnoscit. Quid Theseidum auctores tradiderint, non constat; sed tamen non sine auctore, ut puto, Quintus Smyrnaeus XIII. 509. sq. haec Aethram dicentem facit valde simplicia, vix quicquam de divina

Thesei origine prodentia: οὐνεκα Πιθεύς γείνατό μ' ἐν Τροιζῆνι, γάμω δ' ἐδνώσατο δῖος Αἰγέυς· ἐκ δ' ἄρ' ἐμεῖο κλυτὸς πάϊς ἔπλετο Θησεύς. Rursus Pausaniac I. 17, 3. narrationi, mirae illi de controversia et sponsione, quae aliquando Theseo cum Minoe fuerit, hoc subest, quod etiam clarius ex Hygino Poet. Astron. II. 5. elucet, et habitum esse pro Neptuni filio, et ipsum ea origine gloriatum esse Theseum. Plutarchum vero quod attinet, tenebimus, quod ille veterem fabulam de Theseo Neptuni filio agnoscat; non morabimur, quod idem ad historicae speciem *πραγματείας*, quam solet captare in Theseo, detorquet fabulam: de Neptuno patre rumorem divulgatum Troezeniis, cultoribus eius dei diligentissimis, a Pittheo esse, ut excusaret filiam. Sic idem fabulam agnoscit, dubitationem addit de suo, ubi quaerit, cur mensium αἱ ὕδασι sacrae Theseo habeantur, cap. 36. Convenire, ex opinione Atheniensium, cum numerum Theseo, ἐκ Ποσειδῶνος γεγονέναι λεγομένω. καὶ γὰρ Ποσειδῶνα ταῖς ὀγδαίς τιμῶσιν. Hinc eorum ex mente, qui admiscebant Neptunum, ita interpretabimur supra commemoratum mandatum Aegei: dubitantem Aegeum, quum Troezene abiturus esset, de partu, quem tum utero ferebat Aethra, utrum ipse eius partus pater esset, an alius, illud imperasse de gladio calceisque. Confidebat enim, id quod mihi quidem prorsus antiquum et accommodate ad morem veterum fabularum indolemque fictum videtur, neminem, ut erueret illa, idoneum, ac nemini gladium, et maxime calceos aptos fore, nisi suo vero filio. Itidem Aethra Aegei esse filium, tum demum certior facta est, quum Theseus imperatum peregisset: nam antea ipsa dubitaverat, utrum Aegei esset filius an Neptuni. Atque hunc in sensum fortasse accipiendum: ἧ δ' ἐκόησεν, τοῦνεκεν Αἰγέος ἔσκεν. Quod reliquum, rata conditione bonus pater acquievit; aliis in omne tempus liberum erat, pro Aegei filio vellent an magis Neptuni habere Theseum. Quid enim, si facile ac prom-

ptum Neptuni filio fuerit, id perpetrare, quod filio imperatum esset Aegei?

Bentleii emendatio est, quam in Ammonio exhibuit Valckenarius: ἡ δ' ἐκόησε, τοῦνεκεν Αἰγέως ἔσχε, cum explicacione hac: *Sensit, quod Aegeus haberet. Aegeus, pater Theseos. Thesea vero hospitio accepit Hecale.* ut ἡ sit Hecale, si recte assequor mentem Bentleii. Non video, qua sententia. Quamquam de Hecale accipi posse non negaverim, si tamen legatur, ut dixi, τοῦνεκεν Αἰγέως ἔσκεν: agnovit Hecale filium Aegei. Mihi mea ratio probatur, ut intelligatur Aethra. ἐκόησεν Helladius Suidasque apud Bentleium laudant, et Zonaras p. 670. Ἐκόησεν. ἐνόησεν. Ἰακῶς, παρὰ Καλλιμάχῳ. haud dubie omnes ex hoc loco. Et Hesychius: Ἐκόησεν. ἀνέλαβεν. ubi ἀνέλαβεν nihil magnopere differre ab ἐνόησε existimo: *sensit, recordata est.* laudatur de hac verbi ἀναλαβεῖν significacione Coraëus in Plutarch. Agesil. c. 20. Schaeferi schedae in H. Stephani Thes. c. 556o. D. Ipse Callimachus<sup>h</sup> Epigr. XLIII. (XLIV.) 5. ἐλθὼν δ' οὐκ ἐκόησα, τίς ἢ τίνοσ, ex emend. Piersoni pro vulg. ἐβόησα. Ad recentiorum Ἰάδα etiam his accedit Callimachus: κοτε Fragm. XCIII. CCXCVII. et incertum an h. Dian. 238. ὄκως Epigr. LI. (LII.) 2. ὄκον Fragm. LXXXV. κου - κοῦα - κῶς Fragm. LXX. δγκόσον h. Cer. 31. et ex mea emendatione Fragm. CCCCLI. νωσάμενος Fragm. CCCXLV. quod si Dawesius abiudicare Callimacho, et referre ad Theocritum, apud quem exstat XXV. 263. νωσάμενος, satis habuisset, minus reprehendus fuisset: nam hoc certe potuit fieri, ut falso Suidas pro uno poeta diceret alterum. Caeterum Callimacho hae formae iam non amplius ionicae, sed poeticae erant. Quamquam aliquid illum discriminis observasse probabile est. Veluti κοτε in Iambis placuit; in hymno an placuerit, incertum est. Ionica etiam, h. e. non solum Homero usitata, sed recentioribus frequentata scriptoribus Ionicis, habentur nomina verbalia in τύς, praeceunte Eustathio in Iliad. XIX. 205. p. 1180. Qui de-

lectari hac formatione Callimachum scribunt, Ruhnkenius Epist. crit. II. p. 132. Blomfieldius ad h. Apoll. 94. etsi id vere scribunt, si quidem magnus videbitur, in tam parvo volumine Callimachi, exemplorum Ruhnkenii numerus: tamen uterque modum excedunt. ille, dum formae cupiditate, utque delere versum, qui sequitur, posset, in h. Apoll. 43. ὄϊστευτὴν infert, et in Epigr. XLVIII. (XLIX.) 7. suam Piersonique (Epist. Tittm. p. 34.) coniecturam, κάκεστὺς, tum alia de causa, tum propter καί sede non sua positum, suspectam; Blomfieldius, dum observatione sane quam memorabili, Eratosthenem quoque gaudere ταῖς τοιαύταις ἐκφοραῖς, eo abutitur, ut non tam Ionicam quam Cyrenaicam formam fuisse dicat, quippe communem Eratostheni cum Callimacho, et dum Addend. p. 399. ἀβολητὺς vocabulum eripiendum *Antimacho*, ut detur *Callimacho*, coniicit. Quasi vero talia soli ac primum poetae scholae Alexandrinae quaesiverint. Potuit Antimachus, sive Homeri imitatione, apud quem exempla eiusmodi satis multa exstare fatendum est, βοητὺς, βρωτὺς, γραπτὺς, ἐδητὺς, ἐλεητὺς, καθαριστὺς, κλιτὺς, μνηστὺς, δαριστὺς, ὄρχηστὺς, ὄτρυντὺς, ῥυστακτὺς, sive suo quodam, ut postea Alexandrini, formae, quae exquisita videbatur, amore ductus, aut facere aut aliunde assumere ἀβολητὺς vocabulum. ut idem *πωρητὺν*, Fragm. LVIII. Schellenb. Quid? quod ὄτρυντὺς dicitur λέξις esse Ἀντιμάχειος: hoc est, ut interpretor, vox aut ipsa usurpata ab Antimacho, aut aliarum eodem modo conformatarum, quibus ille in suis carminibus utebatur, usu confirmata atque comprobata. Respicio doctum scholion in Iliad. XIX. 234. ἔστι δὲ ἡ λέξις Ἀττικῆ· χαίρει δὲ καὶ Ἐρατοσθένης ταῖς τοιαύταις ἐκφοραῖς, ὡς τὸ πολλὴ ἀντιμαχηστὺς. ubi in Victorianis, itemque in Townleianis scholiis apud Heynium. T. VII. p. 658. et Suppl. p. 806. ita: ἔστι δὲ ἡ λέξις Ἀντιμάχειος. haud dubie recte. non est enim probabile, quod alicui in mentem veniat, male natum esse nomen *Antimachi* ex ver-

ho quod sequitur, ἀντιμαχηστὺς. — Sed unde est, quod Blomfieldius laudat: Ἀβολῆτις. ἐντευξίς, ἀπάντησις, Ἀντίμαχος? In nostro Etymologico ibi non est nomen *Antimachi*.

In τοῦνεκεν quum duo notanda sint, et vero notentur ab Ammonio, terminatio non illa antiquis usitata epicis in κεν, et usum loquendi quod attinet, τοῦν — ea significatione dictum, qua usitate οὔνεκα dicitur: cur hoc voluerit Callimachus, non statim liquet. Dixeris, quae Hermannii ad Homeri h. in Cer. 66. observatio est in re simili, placuisse per τ in initio versus, fortasse propter sonum pleniorē. At οὔνεκα, οὔνεκεν, idem in initio versus, h. Dian. 45. h. Del. 55. Fragm. XXI. Quare τοῦνεκεν hoc tantum consilio scripsisse censeo Callimachum, ut aliquid auderet. Quo declaratur, cur hoc tantum loco ausus sit. Scilicet Callimachus, alii nonnulli, quum perpetua hac cupiditate flagrarent, rara et exquisita, vel periculosa, dicendi omnia, tamen ea in re non constiterunt sibi, ita ut quod semel audacter dixissent, id in usum reciperent constantem, sed nunc usitate dicendo, nunc rarum hoc vel illud inspergendo, tamquam lumina orationis, delectare voluerunt. Sic semel experiri voluit, an hoc impune posset, τοῦνεκεν. At poenas dedit ausi huius, ut similitum aliorum, tum suae aetatis grammaticis nonnullis haud dubie, tum posterioribus. Affine est, quod Callimachus aliquoties τόσσα dixit, ubi significatur ὄσα; τόθι, τόθεν, ubi ὄθι, ὄθεν: de quo usu poetarum recentiorum Hermannus ad Hom. h. Cer. l. l. itemque ad h. Ven. 158. τόσσα h. Apoll. 81. 94. h. Del. 246. τόθι h. Iov. 32. quod recte pro ὄθι, ubi, accipit Iacobsius in Anthol. Palat. p. 565. τόθεν h. Dian. 114. τόφρα h. Del. 39. E quibus locis hi sunt maxime memorabiles: h. Apoll. 94. h. Del. 39. ubi sibi respondent τόσα, tot, — τόσσα, quot; et τόφρα — τόφρα, quoad — tam diu. ut alibi, inversa licentia, ὄσον — ὄσον apud Theocritum, ὄκκόσον — ὄσον in fragm. Callimachi: ad quae nunc addo mirum ὄσον ὄσον Leonidae Tarent. LXX. 5. Anthol. Pal. I. p. 450. Νοῦ

semper autem hac in re metrica ratio duxit Callimachum et odium *χασμωδίας*. certe τόσσα h. Del. 246. in initio versus est, item τόρρα ibid. 39. Denique, ut nihil intactum relinquam, quod huc pertinere videatur, *τάων*, *quorum*, est in h. Dian. 224. at eadem potestate *τέων* in h. Del. 185. Cf. Nicander Alexiph. 2. *τέων*, *quorum*, mascul. et 539. (618.) ubi restituendum est *τέης*, h. e. *ῆς*, comparandum illud cum Homericis *ἔης* Iliad. XVI. 208.

Quae ad hunc usque locum tractavi spectantia ad Theseum fragmenta Hecales, non omnia hoc quo a me tractata sunt ordine posita fuisse spondeo. Neque de ratione narrandi ita constat, ut nihil dubites. Licebat sic: profectus est contra taurum Theseus, Theseus ab antiqua Erechthei stirpe oriundus; qui antea apud Pittheum nutriebatur; Aegei filius an Neptuni, incertum; tum illud de gladio calceisque. Licebat, si non omnia, saltem partem horum intexere descriptioni primum prodeuntis Thesei. Descriptionem in Hecale fuisse huiusmodi, qua totus, quasi in tabula, Theseus, id est, iuvenilis forma, vestitus, arma, prodeuntis contra taurum Marathonium Thesei, exponeretur legentibus, vel unum persuadet Fragmentum LIX\*. Thesei descriptioni apte respondebat deinceps non minus diligenter expressa imago Hecales. Fragm. LIX\*. quod Bentleius, solius memor Suidae, sic imperfectum exhibet in edit. Graevii: *στάδιος χιτών*, quum iam prolatum plenius a Spanhemio in Fragm. Callim. p. 286. ed. Graev. p. 396. ed. Ern. esset, ita se habet:

*στάδιον δ' ἐπίεστο χιτώνα.*

*ἐπίεστο* emendatio Rutgersii. In Scholiis Apollon. Rhod. III. 1226. atque inde apud Favorinum, *στάδιον δ' ὑφίεστο χ.* vulgabatur; ex Parisinis nunc *στάδιον ἐμφίεστο χ.* prolatum est, ab Ruhnkenio in Epistt. Tittm. p. 116. *στ. ἡμφίεστο χ.* profertur. *στάδιον ἐπὶ ἔστο χιτώνα* citat Salmasius in Tertull. de Pall. p. 50. *στάδιον χιτώνος* explicationem meliorem, certe in Callimacho, ea, quam scholia Apollonii

praecunt, *εὐπαγῆ*, Suidas offert: *στάδιος χιτῶν*, ὁ ποδῆρης, ὁ τέλειος. Cf. interpretes Phrynichi, Nunnesius, qui quod dicit, *στάδιον χιτῶνα* Callimacho dici *ap. Eustathium*, ego non reperio eum Eustathii locum; caeteri, p. 238. seq. ed. Lob. Salmasius I. I. At multo locupletiores nostram in rem auctorem annotatum habeo, Pausaniam. Tali Theseum Callimachus in Hecale introduxerat habitu, quali Pausanias primum ingressum esse Athenas testatur I. 19, τ. *λέγουσι δὲ ὡς ἔξειργασμένου τοῦ ναοῦ* (Apollinis Delphinii) *πλήν τῆς ὄροφῆς ἀγνώως ἔτι τοῖς πᾶσιν ἀφίκοιτο* Θησεὺς *ἔς τὴν πόλιν. οἷα δὲ χιτῶνα ἔχοντος αὐτοῦ ποδῆρη καὶ πεπλεγμένης ἔς εὐπρεπὲς οἱ τῆς κόμης, ὡς ἐγίνετο κατὰ τὸν τοῦ Δελφινίου ναόν, οἱ τὴν στέγην οἰκοδομοῦντες ἤρροντο σὺν χλευασίᾳ ὅτι δὴ παρθένος ἐν ᾧρῳ γάμου πλανᾶται μόνη.* et qui sequitur lepidus cavillationis eventus. Hic est Callimachi *στάδιος χιτῶν*. Versus eodem exitu est in Odysseae ultimo, v. 227. *ῥυπόωντα δὲ ἔστο χιτῶνα*. Sed quum semper male me habeat illud nimis a vulgata scriptura *ὑφίεστο*, *ἐμφίεστο* vel *ἡμφίεστο*, remotum *ἐπίεστο*, non tacebo quod mihi in mentem venit, *ὑφίεστο*, ex hatte *untergezogen*. audacter sane, quum non exstet alibi *ὑφέννυμι* verbum: sed audacem me semel fecit poeta audax. *ἔεστο* quidem Homericum est, Iliad. XII. 464. cf. Hom. h. Ven. 86. Apollon. Rhod. III. 1225. Atque assequerbar ea coniectura, ut commode annecteretur Fragm. Callim. CXLIX.

*ἄλλικα χρουσεῖησιν ἐεργομένην ἐνετῆσιν.*

hoc ordine: indutus erat chlamyde, et sub ea *σταδίῳ χιτῶνι*. Quae coniectura ne tum quidem cadet, quum prorsus reiectum fuerit *ὑφίεστο*. Et tum utrum hoc prius fuisse, *στάδιον δ' ἐπίεστο χιτῶνα*, an alterum, *ἄλλικα* etc. malis, liberum. Licebat enim in tali descriptione, quae iam indutum sistebat herocem, non, ut Homerus solet, induentem singula suo ordine, a chlamyde transire ad tunicam; licebat contrario modo a tunica ad chlamydem. Verum de *χιτῶνι* *στά-*

διῶ certa res est, ἄλλικα quam vere inferamus in Hecalen, incertum. Non vereor autem, ne quis nimium hoc vestitus dicat, chlamydem tunicae additam. Peregre proficisccebatur Theseus. Et haud dubie placuit sibi in exornando Theseo Callimachus. Suidae testimonia in v. Ἄλλικα et Ἐνετῆσι primus attulit Ruhnkenius Epist. crit. II. p. 177. Addo, cuius Ἄλλῆκα nihil videtur aliud quam Callimacheum ἄλλικα esse, Hesychium; at ipsum Ἄλλικα repraesentat, ut commodum video, ex Hesychio MS. Schowius. Integer versus Callimachi in Lex. MS. Regio erat, quod ibi laudat Albertius. Cf. Spanhem. Obs. in Callimachi h. Apoll. 52. et ἄλλιξ Euphronionis Fr. CXII. p. 165. Meinek. Homerus Il. XIV. 180. χρυσείης δ' ἐνετῆσι κατὰ στῆθος περονᾶτο. Instructum πανοπλίᾳ, galea, scuto etc. contra taurum Marathonium profectum esse Theseum nemo credit, qui ad domandum taurum, nam domandus erat, non occidendus, corporis agilitate magis, ac robore manuum, quam armis, opus esse reputaverit. Vel sic tamen apparatus qualemcumque Thesei, chlamydem maxime gladiumque, πασσαγίην dicere Thesei Callimachus potuit, ac fortasse dixit, etsi lubrica coniectura est, in Hecale, alio quodam loco, quem postea videbimus. Omnino commune Theseo cum Hercule fuisse, ut plerumque armis usum esse non iis, quibus vulgo heroes, traderetur, iam monitum est ab aliis. Nota est clava Thesei, a qua, ut unum commemorem de minus notis scriptoribus, κορυνηφόρος ἀστὸς Ἀθήνης audit Nonno XLVII. 456. Apud Callimachum non clavam gerebat, sed ensem in latere eum, quem vidimus. Atque ensis fortasse in descriptione, quam dixi, Thesei commemorabatur. Sic: habebat χιτῶνα στάδιον, et ἄλλικα, et πέδιλα: qua opportunitate insero Fragmentum CCCXIII.

πέδιλα, τὰ μὴ πύσε νήχυτος εὐρώς.

denique ensem singulari arte factum, celebratissimum, quem olim deposuit, futurum sobolis indicem, Aegeus; ἐν γὰρ μιν Τροϊζῆνι κολουραίῃ ὑπὸ πέτρῃ θῆκε σὺν ἀρπίδεσσιν; ποίρο,

versibus aliquot interiectis, ἢ δ' ἐκόησεν τοῦνεκεν Ἀλύεος ἔσκεν. Utut sit de ordine, perbene de calceis illis accipere Fragmentum CCCXIII. mihi videor. Quibus nihil nocuisse tot per annos defossis situm, memorabilis profecto res erat. Proprium nostro πύσε, v. brevi; ab Homero, aliis, producitur tam πύθω quam πύσει, κατέπνεος, πῦσε. νήχυτος, νήχυτον, praeter Callimachum, et cum Callimacho, Apollonius III. 530. IV. 1567. Nicander Alexiph. 600 (587.) Dionysius P. 126. ut taceam Musaeum, Tryphiodorum, Apollinarem, et ἐπινήχυτα δῶρα Orphei eius, qui Argonautica scripsit. Callimacho est *humidus*. Emendationem in Suida v. Νήχυτος Ruhnkenii Epist. crit. II. p. 177. νήχυτος εὐρώς ex νήχυτος ἔρωσ, etiam Albertius fecit ad Hesych. v. Νήχυτον. Nexus fortasse talis:

— [καὶ τὰ] πέδιλα, τὰ μὴ πύσε νήχυτος εὐρώς.  
 praecedebat verbum significans *induerat*, et hoc quidem aut sic, ut et alium quendam accusativum et hunc, τὰ πέδιλα, id verbum regeret, ut si fingas, quod tamen non propono serio: — ἄλλικα χρουσεῖησιν ἐεργομένην ἐνετῆσιν ἔσσατο, καὶ τὰ πέδιλα, etc. aut ut solum hunc, τὰ πέδιλα: *induerat etiam calceos*. Iusit ante animum haec scribenti Callimachi locus ex hymno in Apoll. 34. χρύσεια καὶ τὰ πέδιλα.

Cum descriptione vestitus coniuncta erat, ac praecedebat eam, ut puto, formae descriptio et puellaris quasi pulchritudinis. Quae tum aetas fuerit Thesei, Pausanias, quem p. 566. laudavi, I. 27, 8. definite docet; alii, quod satis est, admodum iuvenem fuisse. Crinagoras: τοῦ (Thesei) — νεαρὸν χειρῶν σθένος. Plutarchus: διὰ τὸ κάκλειην (Hecalen) νέον ὄντα κομιδῆ τὸν Θησέα ξενίζουσαν ἀσπίασθαι πρῆσβυτικῶς etc. Quin etiam posteriori tempore ita fuit iuvenis Theseus, ut annumerari *παισί*, sive, ut eosdem vocare solet Plutarchus, *ἡιθέοις*, in Cretam mittendis, posset. Tempus posterius quum dico, non dico multo posterius, sed tantum seriem rerum factorumque Thesei respicio eam, quam a ple-

risque observari supra docui. Potuit unus expeditionem Cre-  
tensem maiori temporis spatio separare a prioribus Thesei  
factis; potuit alius eandem cum prioribus spatio compre-  
hendere brevissimo. id quod facere videtur Seneca in Hip-  
polyto v. 646. ubi Phaëdra: *Thesei vultus amo Illos priores,*  
*quos tulit quondam puer;* et quae seq. Callimachus quid  
hac de re senserit, dixi, vel magis coniectavi, p. 549. Atque  
sic fortasse alii. Pulchritudinem Thesei testabuntur, qui  
primum in manus veniunt, Plutarchus Thes. c. 30. Hyginus  
F. CCLXX. Verum hi magis in universum. de forma The-  
sei, quae tum fuit, iuvenili discrete Eustathius in Dionys. Pe-  
rieg. 1017. Servius in Virg. Aen. VI, 14. cum interprete Sta-  
tiii Achill. lib. I, extr. quos laudat Meursius in Theseo cap. 3.  
Et Pausanias loco paullo ante laud. I. 19, 1. a quo illud sum-  
psi de pulchritudine ferme puellari. Cuiusmodi venustatem  
testatur singularis Lyncei Samii apud Athenaeum VII. p. 295.  
B. fabella, Theseus pro pisce obsequens Tlepolemo. Cf. si  
placet, Winckelmann. Monumenti ant. ined. V. I. p. 132. Iam  
nemo erit, quin huc conferat Fragmentum Callim. XLIV.\*

*ἄρμοῦ που κάκείνω ἐπέτρειε λεπτὸς ἴουλος.*

Valckenarii in Theocr. Adonias. v. 130. p. 409. A. haec sunt  
verba: *De Theseo iuvene, Cui prima puras barba signabat*  
*genas, Callimachi fuit in Hecale versus: Ἄρμοῦ που κ. ἔ.*  
*λ. ἴ.* Hic est locus Hecales, quem Apollonius aut volun-  
taria imitatione, aut quod obscure ante lectum recordaretur,  
imitatus est, alter; vel tertius. cf. ad Fragm. XLVI\*. monita  
p. 546. ad Fragm. CCXII. p. 550. Apollonius quum primum  
Argonautica edidit, hoc scripserat I. 972. *ἄρμοῦ που κάκείνω*  
*ἑπισταχέσκον ἴουλοι.* aperta imitatione Callimachi. Post,  
in altera editione: *ἴσόν που κάκείνω ἐπισταχέσκον ἴουλοι.*  
in quo iam nulla est imitatio, vel certe demonstrari non po-  
test. Sic rem factam esse narrat E. Gerhardus Lectt. Apol-  
lonian. p. 7. 8. Diversam in diversis exemplis, uno priorc, al-  
tero posteriorc, scripturam Apollonii primus monstraverat ex

scholiis Ruhkenius Epist. crit. II. p. 198. Verum is propter aliquod eorundem scholiorum indicium hanc coniciebat esse posteriorem Apollonii scripturam: *νεῖόν μου καὶ κείνῳ ἐπιστ. ζ.* In libris Apollonii *Ἴσον* est: quod bene tuetur Gerhardus. Statuit autem cum Ruhkenio Gerhardus, prius scriptum *ἄρμου* mutavisse Apollonium, *ne quid Callimachus sibi surreptum queri posset*; neque ego excogito, quo alio consilio mutaverit. Nam mutasse Apollonium certum videtur, si quidem duo fuisse diversa Argonauticorum exemplaria certum est, et commemoratam in scholiis ad h. l. scripturam ex priori de duobus exemplaribus esse, coniectura tam probabilis est, ut pro certa sit. Obloquitur Weichertus de vita et carm. Apollonii Rh. p. 55. 57. Tantum de imitatione Apollonii. Minus expeditum est aliud, de quo scire velim quid Valckenarius senserit. Si ille non solum esse de Theseo iuvene versum, sed etiam de sede versus nexuque loci aliquid secum exploratum habuit. Quid sibi vult illud in Callimacho, *καὶ κείνῳ*? Monui in Dissertatione de Tzetzae loco et fragmentis Callimachi p. 398. 401. sq. *καί* copulam non poni secundo loco, ut nec *δέ* tertio; eamque admonitionem iterum commendavi supra p. 513. Ergo *καὶ κείνῳ* necessario est *illi quoque*, et respicitur ad alium quendam, cui commune cum Theseo fuerit primum efflorescens lanugo. Prorsus ut Apollonius, quum *Ἴσον μου* (vel, ut primum scripserat, *ἄρμου μου*) *καὶ κείνῳ* etc. scribit, significat, diserte praecipientibus interpretibus graecis, comparari Cyzicum iuvenem cum Iasone, vel cum Argonautis in universum, qui et ipsi iuvenes. Ut apud Homerum, quum *καὶ κείνος* dicit, Iliad. VI. 200. XV. 179. *καί* non esse de nihilo senserunt grammatici. Sed quemnam alium spectari putabimus apud Callimachum? Id tam difficile mihi erat, ut iam removendum hinc, ponendumque alibi, infra, fragmentum Callimachi, aut quaerendum esse putarem, an forte comitem aliquem huius itineris secum habuerit Theseus. Nunc repperi, quo et difficultas tollatur, et

elegantia in Callimachum inferatur, quam quisvis expectet. Cum Deo comparabatur Theseus. Mirum si, quod omnes poetae faciunt, maxime epici, in gravi argumento, ubi de heroe aliquo dicunt accuratius, ut comparatione illustrent heroem: id Callimachus facere neglexerit, ubi in exornando Theseo versabatur dedita opera. Et quum comparatione diversis modis utantur poetae, e. g. Apollonius I. 721. seqq. in descriptione Iasonis ita, ut prius induentem *δ'πλακα πορφυρέην*, de qua ibi supra modum longa narratio est, deinde *ἔγχος* arripientem describat, denique prodeuntem v. 774. cum stella comparat, eleganti comparatione: Callimachus fortasse, contrario modo, inceperat a comparatione. Non dubito autem quin *Apollinem* suam in comparationem adhibuerit, formosissimum iuvenem inter deos, ut tum fuit inter mortales Theseus. Ut, si comparationis forma utaris ea, quae, Homero praeceunte, e. c. Odyss. VI. 102. in describenda Nausicaa, Apollonio I. 307. placuit: *οἶος δ' ἐκ νηοῦ Θυώδεος εἰσιν Ἀπόλλων* etc. deinde si ad imaginem Apollinis ea conferas, quae ipse hymno in Apoll. v. 36. sq. Callimachus: *καὶ μὲν ἀεὶ καλὸς καὶ ἀεὶ νέος • οὐποτε Φοῖβον Θηλείαις οὐδ' ὕσσον ἐπὶ γρόος ἦλθε παρειαῖς. αἶ δὲ κόμαι* etc. et quae Apollonius in descriptione apparentis Argonautis Apollinis II. 674. seqq. coll. 705. seqq. praebet, talis quaedam existat adumbratio: prodiit Theseus: qualis Apollo incedit, semper iuuenis, *φαιδρὸς ἐν ὄμμασιν* (quod proprium huic adolescentiae facit Apollonius II. 44.), intonsis capillis, mento imberbi adolescentem modo puerum vel oris formam virginei referens: talis erat Theseus; *ἀρμοῦ πον κακείνω ἐπέτρεχε λεπτὸς ἰουλος*. De capillis Thesei Callimachus fortasse aliquid inseruit iis, quae tradentem Pausaniam I. 19, 1. audivimus, simile.

Dabo formam comparationis, quae hunc transitum: *ἀρμοῦ πον κακείνω*, admittat commode atque eleganter, aliam, ex eo poeta, qui aliquid moris Callimachei sive ex ipso Callimacho haustum, sive aliò intercedente imitatore Callimachi

acceptum, prae se fert. Coluthus v. 248. (244.) εσqq. de accedente ad Menclai aedes Paride: — Ἰστατο, θεσπεσίησιν ἀγαλλόμενος χαρίτεσσιν. οὐ Διὶ τοῖον ἔτικτεν ἐπήρατον νῆα Θυώνη· ἰλήκοις, Διόνυσε, καὶ εἰ Διός ἐσοι γενέθλης· καλὸς ἔην καὶ κείνος ἐπ' ἀγλαΐησι προσώπου. ubi καὶ κείνος in uno alteroque libro, etiam Neapolitano; Graefius meus ex alio καὶ ἔκεινος praeferebat: vulgo κακεῖνος, fortasse recte. ἰλήκοις, Διόνυσε, deprecandi formulam, Coluthus ab Nonno habet, cuius exempla tot, quot sufficiebant, Wernickius apud Bekkerum dedit; ego, quum obiter collecta habeam, omnia indicabo. Igitur ἰλήκοι Κρονίδης, οὐρανὸς ἰλήκοι, ἰλήκοι σέο βίβλος etc. vel cum illa adamata Nonno apostrophe, ἰλήκοις, Ἰόλαε: IV. 50. VIII. 75. XVI. 325. XXV. 211. 254. XXIX. 115. 135. XXX. 287. XLVI. 297. XLVIII. 361. Tam cupide frequentatae dictionis insignem aliquem auctorem Nonno fuisse dixeris. Eum Apollonium fuisse, cuius Coluthus vestigia legere videbatur Lennepio, nihil suadet. Quidni Callimachus fuerit? Sed tamen certior res de Arato est, apud quem sic Ἄρτεμις ἰλήκοι, Phaen. 637. Addam eodem modo usurpatum Nonno Ἰλαθι δάφνη, Ἰλαθι Αἰητώ et similia: II. 157. 161. III. 104. XLVII. 529. IV. 245. XII. 210. XVI. 45. 221. Ἰλατε Μοῖραι XXX. 213. Ἰλατε Θῆβαι XLIV. 173. Et his quidem satis similiter dictum est, ut hoc observatum esse Nonno conicias, quod habet Apollonius IV. 984. Ἰλατε Μοῦσαι. Eandem dictum in sententiam IV. 187. Ἄρτεμι, μὴ νεμέσα, Nonnus ex carmine Theocriteo XXVII. 62. assumpsit.

De prima Ianugine, ἰούλω, vel ἰούλοις, post Valckenarium in Theocr. Adoniaz, v. 150. multos scriptorum locos congescit Blomfieldius Gloss. Aesch. Theb. 550. Nos in iis consistemus, quae ad Callimachum accedunt propius. Ac primum λεπτὸς ἰούλος scripsi Bentleium sequutus, alios, Etymologi auctoritate, et, quem Gerhardus adhibuit, Favorini in Hortis Adon. p. 25. A. (Favorini Eclog. p. 123. ed. Dind.) Verum nec Suidas contemnendus est, cui hoc debemus, quod

ἐν Ἐκάλῃ fuisse versum certo constat. apud eum: ἐπέτρεχεν ἄβροῶς Ἴουλος. Quod recepit Boissonadius. Scilicet aequè bonum hoc et illud. ἄβροῶς est apud Orpheum Argon. 226. (230.) τῷ δ' οὐπω ὑπὲρ δροσεροῦτο γενεῖου ἀργεννάς ἐρύθρησε παρηΐδας ἄβροῶς Ἴουλος. quod exprimi, manifesta imitatione, ab Nonno X. 179. οὐδέ οἱ ἄβροῶς Ἴουλος ἐρυθρομένιοι γενεῖου ἄχνοα χιονέης ἐχαράσσειτο κύκλα παρειῆς, Ruhnkentius dicit Epist. cr. II. p. 230. 238. Contra λεπτός idem est Asclepiadi Epigr. I. (Anthol. Palat. II. p. 460.) Νῦν αἰτεῖς, ὅτε λεπτός ὑπὸ κροτάφοισιν Ἴουλος ἔρπει, ubi Iacobsius memor Callimachi fuit. Quid tam commune inter Aeschyli locum et Callimachi, ut ex Aeschylō adumbratus videri versus Callimachi debeat, non percipio. An quod στείχει δ' Ἴουλος apud Aeschylum, et ἐπέτρεχε apud Callimachum? At sic ἔρπει apud Asclepiaden, et similiter παρὰ τὰ ὄτα ἄρτι Ἴουλος καθέρπει apud Xenophontem Sympos. c. 4, 23. deinde alii modeste ac venuste dictum στείχει, ἔρπει, ἐπέτρεχε, auxerunt in nimium: Strato Epigr. IX. 1. (Anth. Pal. II. p. 452.) Εἰ καὶ σοι τριχόφοιτος ἐπεσκίρτησεν Ἴουλος etc. cf. Rufin. XXXI. 3. (Anth. Pal. I. p. 111.) Video nunc etiam aliud cum Aeschylō commune esse Callimacho. Aeschylus: στείχει δ' Ἴουλος ἄρτι, ut apud Callimachum ἄρμοῦ. In eadem re ἄρτι Callim. Lav. P. 75. Theocrit. XI. 9. Stat. Flaccus Epigr. I. νέον Ἀπολλ. Rhod. II. 779. Praeterea non negligendus Zonaras est, p. 310. Ἀρμοῦ που. ἀρτίως. νεωστί. οὕτω Καλλίμαχος. Cf. quae Bastius ad Greg. C. p. 568. prorsus cum Zonara Tittmanni congruentia ex Lexico MS. Bibl. Reg. num. 2667. profert, recte ille ex fragmentis Callimachi expungens, quod vulgo est Fragm. CCCCLIII. In codice Zonarae Dresdensi ἄρμοῦ που legitur: Tittmann. Prolegom. p. XVII. ἄρμοῦ iterum Callimachus Fragm. CCXXX. incertum, utrum ex dialecto, an ex Aeschylō: nam undecumque locupletat sermonem suum Callimachus. Cf. Hesych. v. Ἀρμοῦ ibique Intpp. Blomfield. Gl. Aesch. Prom. 636. De κακείνω quae moveatur quaestio, cur

sic cum crasi poeta maluerit, quam quod a poeta *Ἰάδος* amatore non immodico, sed tamen amatore, aliquis exspectet, tota ex artificio Callimachi metrico diiudicanda est. Utrumque reperitur apud Callimachum, nunc *κεῖνος*, nunc *ἐκεῖνος*, prouti commoditas postulat metri. Quae ita comparata exempla sunt, ut per metrum utrumque admitti potuisse videatur, in iis tamen fere omnibus, cur hoc scriptum sit, non illud, docet subtilioris legis metricae observatio. Sic certum est *ἔξέτι κείνον* in h. Apoll. 47. h. Del. 275. atque hinc apud Apollonium. Quod enim *ἔτ'* et *οὐκ ἔτ'* eliditur, tum aliis tum Callimacho, inde non sequitur eiusdem elisionem litterae in *ἔξέτι*, *εἰσέτι*, placuisse Callimacho. In h. Del. 91. *ἀλλ' ἔτι κείνο* maluit quam *ἀλλ' ἔτ' ἐκεῖνο*, fortasse ne duae accumularentur elisiones. Unam elisionem non defugit ibid. 295. *οὐποτ' ἐκεῖνοι*. Rursus in Epigr. XLI. (XLII.) 5. *κῆπέμυσ' ἐκείνων* suaviorem caesuram facit in numero trochaico, quam faceret *κῆπέμυσσα κείνων*. Contra in Epigr. XLIX. (L.) 6. quod est in Anthol. Palat. II. p. 542. sentitur minus suave futurum esse *θῆμαντ' ἐκείνους δ'*. In Epigr. I. (Anthol. Pal. I. p. 552.) 8. sive legas, quod vulgo legi dicit Iacobsius, *ἦνιδ', ἐκεῖνοι*, sive nunc receptum ab omnibus *ἦνιδε, κείνοί σοι*, commendabile eo, quod in eodem epigrammate bis v. 11. 15. *κείνων, κείνος*, non *ἐκείνων, ἐκεῖνος*, legitur: neutro modo usitatam Callimacho elegantiam habebis. Sane inter tot versus elegiacos Callimachi unicum est, nisi alterum me praeterierit, ita dissolutis pedibus ingredientis pentametri satis certum exemplum, Fragm. XXXII. ex emendatione Bentleii: *Δειπνιάς ἐνθεν μιν* — Nam quod olim ferebatur, Epigr. V. 6. *ποσσίν, ἐν' ὥσπερ καί* — nunc emendatum est partim ex coniectura, partim ex codice: *ποσσί νιν, ὥστ' ἔργω* — Et in Epigr. IV. 2. *τὸ σκότος· ὑμέων γὰρ* — gravius ad sententiam et mihi et Iacobsio, ut puto, *τὸ σκότος· ὑμέων*, sine *γὰρ*, videtur. Sed ista tamen per metrum ferri poterant, vel possent ferri, omnia, quia insuavem cac-

suram occultat satis arcta vocis monosyllabae cum praecedente vocabulo coniunctio. Prorsus intolerabilis, quod pace viri praestantissimi dicere liceat, in Callimacho versus eiusmodi: τὸν φίλον, ἄλλαν, γ' ἐν — Epigr. LXII. (LXIII.) 4. Alia res est, ubi velox dactylus in secundo pede: quamquam in his quoque curat, ut quasi attrahat ad se voculam monosyllabam vox praecedens: Lav. Pall. 58. Epigr. XXXIII. (XXXIV.) 4. XLVII. (XLVIII.) 4. Restant observationis minutae quidem, sed non inutilis in poeta diligentissimo versuum artifice, exempla duo. In Fragm. CCXIX. quod a nobis in Capite VII. tractatum est, τεθναίην, ὅτ' ἐκεῖνον ἀποπνεύσαντα πύθοίμην, etsi τεθναίην, ὅτε κείνον caesuram faceret minime reprehendendam, quippe inobservabilem auribus, et eadem conditione tum alibi tum h. Dian. 227. Fragm. CCLXIV. admissam ab hoc poeta, tamen hic, quum posset, etiam speciem vitare caesurae, quam recte pro prava habuit, post secundum pedem, voluit. Ut nesciam, cur ὅτε κείνον praetulerit Boissonadius in Callimacho p. 112. 205. Eadem huius loci ratio est: ἀρμουῖ που κἀκείνη. Deinde non dubito quin ipsa per se crasis aliquid habuerit, quo delectaretur Callimachus. Etsi quod aliquando in mentem mihi venire memini, imprimis Hecalen carmen decuisse crasin, ut hac quoque re aliquid bucolicae familiaritatis admisceretur ei carmini, quem in finem utebar Hermanni Orph. p. 692. de carmine Theocrit. XXV. admonitione, id nunc puto nihil esse, quum non plura sint in fragmentis Hecales, quam in aliis Callimachi poematis, crasis exempla. Fuit in carminibus, quae communi dialecto poetica scripsit Callimachus, omnibus aequalis quidam usus crasis, quo ille recedebat ab antiquis poetis epicis. Exempla non multa sunt, sed idoneo numero. ὄνα h. Iov. 55. τῶπόλλωνος, ὠπόλλων etc. h. Apoll. 1. 9. 28. 52. 69. 107. quam crasin quominus in Callimachum alibi, h. Dian. 139. h. Del. 86. 269. 526. inferas, tertium maxime de his exemplum vetat, h. Del. 269. quod respuit articulum. προῦχουσα h.

Del. 218. sed hoc Homericum, ut magis mirum sit, quod in Fragmento postea tractando CXXV. *προέχουσα* maluerit quam *προῦχουσα*. Ex Hymnis dorice scriptis, quorum non satis certus hanc in quaestionem usus est, quoniam nescias, an quae sunt in his crases ad dialectum referendae sint doricam, crasis exempla apponere satis habeo eius, quae fit in *καί* particula: *χῶ*, *χῶς*, et bis *χᾶτις*, h. in Cer. 96. 121. 132. Excludo simili de caussa Epigrammata, in quibus satis frequens crasis; in *καί* particula exempla haec, *χῶ*, *κάμέ*, *χδὺμός*, *κῆπέμωσ*, *κεῦθύς*, *χᾶ*, *κῆτι*, *κάγῶ*. Multa est crasis in Fragmentis Iamborum Callimachi: in *καί* exempla haec, *κοῦχ* Fragm. LXXXII. *κάπολλον* Fragm. LXXXIII. et *κάφροδίτα* in Iyrico Fragm. CXVI. In reliquis fragmentis crases hae: *κάγῶ* Fragm. CXXVIII. 2. etsi hoc quidem fragmentum non tam elegiae indolem prae se fert, quam epigrammatis; epigrammata autem facilius admittunt crasin. *χῆ* Fr. CCXX. *χᾶτερόπορος* Fr. CCXXV. Denique in h. Dian. 81. *Κύκλωπες, ἦ μοί τι Κυδώνιον* — pro ἦ, quod officit metro, viri docti *καί* restituerunt: Ruhnkenius e codicis sui margine *κάμοί*, quem sequuntur Blomfieldius, Boissonadius: recte, ut iam hic Diana in mente habeat Apollinem, quocum paullo post v. 83. ipsa se diserte comparat. cf. Schaeferus ad Greg. Cor. p. 384. Wernickius ad Tryphiod. p. 398. Ipsam hanc crasin, *κάκεῖνος*, frequentat Aratus; *κᾶν* Dionysius Perieg. 885. et quae suppare nostro scriptores similia, observata Spitznero de versu Gr. her. p. 178. Caeterum quod scripsi, recedere hac re Callimachum ab antiquis poetis epicis, non est ab omni parte certum. Certum, si exemplaria Homeri, quae nunc feruntur, et quid ipse probasse videatur Homerus, consideres. An sciens recesserit Callimachus, incertum. Etenim quum *καὶ κείθι*, *καὶ κείνω*, *καὶ κείνος*, *καὶ κείνον*, Iiad. III. 402. XV. 45. 179. XVI. 648. scripturam esse *Aristarcheam*, diserte Schol. A. moneat, unde sequitur in aliis fuisse *κάκεῖθι*, *κάκείνω*, *κάκεῖνος*, *κάκεῖνον*, cuius etiam

scripturae vestigia in nostris nunc libris supersunt tum his in locis, tum in aliis nonnullis, quis decernat, utrum hanc an illam scripturam Callimachus in suo Homero inveniit atque agnovit? Add. Schol. Vict. in Iliad. XV. 179. Schol. Harl. in Odys. XVIII. 150. Quae olim edebantur, καὶ Iliad. V. 275. et καί μοι Iliad. XXI. 110. nunc expulsa sunt. restat καὶ γὼ Iliad. XXI. 108. et rursus ita positum, ut per metrum non liceat aliter, hymn. in Merc. 173. ubi notavit insolentiam Frid. Franke. Praeterea crasin κακέϊνος fortasse auctoritas commendabat Hesiodi, Ἔργ. 293. ubi in nostris certe libris, quod sciam, omnibus κακέϊνος est. et καὶ ibid. 355. καὶ Theog. 447. Recordor aliud crasis in καί valde antiquum exemplum, Asii apud Pausan. II. 6, 4. quod tamen non sic, καμφίονα, more attico, sed plene, καὶ Ἀμφίονα, scribendum esse statuebat Hermannus. qua ratione etiam alias expedire molestas crases in promptu est.

Fuit quum Theseus aut Cap. III. aut infra Cap. VIII. ἀεὶ περιδέξιος ἦρωος audisse videbatur: Callim. Fr. CCCIII. Verum ea opinatio nulla est, quum Suidas v. Περιδέξιος diserte sapientem, σοφόν, significari his Callimachi verbis doceat. Igitur significatione vocabuli περιδέξιος non propria, quam Callimachus acceptam fortasse ab Aristophane cum sectatoribus suis, Nonno Evang. Ioann. XIII. 14. Ioanne Gaz. I. 71. communicavit, alicubi, fortasse de philosopho, vel aliarum artium perito, dictum fuerit: οἶος ἐκεῖνος ἀεὶ περιδέξιος ἦρωος. Ita enim haec accipienda sunt haud dubie, atque accipiuntur in Suida Mediolanensi, Porti, Kusteri, et nunc Gaisfordii, ut omnia verba sint Callimachi. Nescio cur haec tantum, ἀεὶ περιδέξιος ἦρωος, ad poetam retulerit Bentleius, falsus ille etiam in eo, quod ἀεὶ edidit. ἀεὶ utique opus erat, sive οἶος ἐκεῖνος Suidae esse sive Callimachi verba statuas, non solum quod delectatur caesura trochaica Callimachus, sed quod in hac versus sede bonorum more poeta-

rum, atque Ipsius Callimachi constanti usu, unice legitimum ac proprium *ἀεί* est, non *αἰεί*. *ἀεί* in Suida Portus, Kusterus, Gaisfordius; *αἰεί* Mediolanensis. Haec scribenti in mentem venit doctae Valekenarii disputationis de *v. ἀμφιδέξιος*, eiusque usu tropico, in Eurip. Hippol. 780. et propter illud *οἶος ἐκεῖνος*, fragmentum Callimachi aliud, cum memorabili quadam ironia Eustathii. Fragm. CCCXLVII. ex Eustathio in Iliad. XX. 207. cuius haec verba ex ed. Basileensi Bentleius exhibet: *Καλλίμαχος δὲ ἄλλως ὀνομάσαι θελήσας, οἶος ἐκεῖνος, ὕδατος ὀδύνην λέγει μεταποιήσας τὴν ἀλοσύνην*. Et sic, *οἶος ἐκεῖνος*, qui editionis Romanae paginam citat, Spanhemius in Fragm. Callim. a se collectis p. 295. XXVI. ed. Graev. At apud ipsum Eustathium p. 1204, 5. Rom. p. 1278, 59. Bas. *οἶος ἐκεῖνος* legitur, nescio an elegantius.

Aliud est Fragmentum Callimachi, quod quum Hecalae nuper vindicatum sit certo testimonio, sed sedem in Hecale quaerat suam, commode hic tractabitur, opportuno loco, vel qui speciem certe opportunitatis habeat. Fragm. CCLXXX.\*

*Αἰμναῖοι δὲ χοροστάδας ἤγον ἑορτάς.*

De quo haec scripsi in Dissert. crit. de Tzetzae ad Hesiod. loco et fragmentis aliquot Callimachi: *Sic hoc [Αἰμναῖοι δὲ χ. ἤ. ἑ.] interpres Aristophanis ad Ran. 216. (218. K.) nisi quod antiqui libri, veluti Aldina, χοραστάδας, iam correctum tacite a Favorino in v. Αἰμναί. At quod eundem poetae locum Stephanus Byz. v. Αἰμναί. his verbis tangit: ἐνθα δὲ Διώνυσος ἐτιμᾶτο, καὶ οἱ Αἰμναῖοι χοροστάδας ἤγον ἑορτάς, id tantum valebat apud Hemsterhusium, ut integrum inde senarium effingeret hunc: καὶ οἱ Αἰμναῖοι δὲ χ. ἤγον ἑ. Indigna tanto viro opinatio: nusquam particula δὲ hoc modo ponitur a Callimacho. Ego, etsi percommodum est Αἰμναῖοι, quod interpres Aristophanis habet, tamen et Stephano Byzantio aliquid dandum esse censeo, ita ut ex comparatione utriusque testis hoc emergat: — Αἰμναῖοι δὲ χ. ἤ. ἑορτάς. Quod apud Stephanum est, καὶ οἱ, à Stephano est, Callimachi*

verba, ut interdum fit, suae orationi intexente: unde et particulam δὲ omisit. Non multo post ex cod. Ravennate autem nomine carminis scholion accessit: Καλλιμαχος ἐν Ἐκάλῃ· Αἰμναίῳ δὲ etc. Hemsterhusii altera suspicio est, apud Stephanum B. in καὶ οἱ nomen latere Callimachi. Iam hoc fragmentum, sive Αἰμναῖοι legas, sive Αἰμναίῳ, temporis, ni fallor, significationem, quo aliquid gestum sit illis in regionibus, loquitur. Fortasse temporis, aut diei, quo Theseus contra taurum Marathonium profectus est. Quid enim si, ut alios dies, quibus aliquid memorabile fecisset Theseus, edidicerant observabantque religiosissime Athenienses: diem Cronii mensis s. Hecatombaenis octavum, quo primum ingressus urbem est, et sextum Munychionis, quo die navem conscendit abiturus in Cretam, et octavum vel septimum Pyanepsionis, quo ex Creta rediit μετὰ τῶν ἡϊθέων, de quibus diebus Plutarchus in Theseo c. 12. 18. 22. et 56. testatur, ut taceam instituta eodem Plutarcho teste die 16. Hecatomb. Μετοίκια: ita Callimachus acceptum ab iisdem Atheniensibus indicium sequutus, aliunde non notum nunc quidem, Thesei contra taurum Marathonium profectionem Anthesterioni mensi, cuius die duodecimo, ex scriptorum veterum apud Meursium Athenar. Atticar. lib. III. c. 4. et Boeckhium de Lenacis etc. p. 70. testimonio, τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια agebantur Dionyso τῷ ἐν Αἰμναίῳ, assignaverit? Callimachi fortasse memor Nonnus XXVII. 506. 7. illud: οὗ μετὰ δὴ Φρύγα ἔνθρον ἀνακρούσουσιν Ἀθήναι, Αἰμναῖον μετὰ Βάκχον, Ἐλευσινίῳ Διονύσῳ: et, quae iam certior res est, hoc in Evang. Ioann. c. VII. 57. scripsit: ἀλλ' ὅτε λοίσθιον ἦλθε χοροστάδος ἡμᾶρ ἔορτης.

A. F. N.